


BF
231
D4
UC-NRLF
$B 163 818



AD SOLLEMNIA SAECULARIA

SCHOLAE MINDENSIS,


ANTE HOS CCC ANNOS

INAUGURATAE,

D. XVIII. M. OCTOBR. PIE CELEBRANDA

INVITANT

RECTOR ET PRAECEPTORES.



PRAEMITTITUR

COMMENTATIO CRITICA DE DEMOCRITI ABDERITAE DE SENSIBUS PHILOSOPHIA,

AUCTORE

J. FR. GUIL. BURCHARD,

SUP. IN GYMN. MIND. ORD. PRAECEPTORE.

MINDAE,

TYPIS F. GUIL. HENR. MUELLERI.


MDCCCXXX.

DEMOCRITI ABDERITAE
PHILOSOPHIAE
DE SENSIBUS IISQUE QUAE SENSIBUS PERCIPIUNTUR,
FRAGMENTA

E THEOPHRASTI EIUSDEM ARGUMENTI LIBELLO,
MAXIMAM PARTEM DEPERDITO, ERUERE ET INTERPRETARI CONATUS EST

J. Fr. Guil. Burchard.





Prooemium.



Miretur fortasse aliquis, e philosophorum veterum doctrinis eam me potissimum, in quam operae nonnihil impenderem, dignam existimasse, qua, quum ne criticae quidem artis luce tantopere indigeat, vix operae quidquam pretii facturus esse videar, quum haec praeterea philosophia nonnullis subabsurdior et insulsior et tamquam aberratio potius mentis humanae, quam philosophiae de rerum natura progressio et incrementum existimanda esse videatur. Quae etiamsi ex aliqua parte ita sint, semper tamen levi mihi brachio in litteris agere visi sunt, qui praestantiam et virtutem disciplinarum veterum philosophicarum sola nostrorum temporum cognitione et doctrina metiri consueverunt, nihil quaerere curantes, quem locum in tota veterum philosophiarum serie quaeque obtineat, eumque quomodo expleat, quae fuerint causae, quae summa quique eventus, quae iam inde principia cognosci possint quaestionum, quas consequentia tempora feliciori cum successu protulerint; quae omnia, quamquam ne ultima quidem sunt, quae philosophiae historia merito requiruntur, graviora tamen habenda esse puto, quam morem

illum, imprimis recentiorum quorundam proprium, praepropere et arroganter, nostrae aetatis ratione et lege, de dignitate vel indignitate antiquorum virorum eorumque doctrinarum iudicandi. Iam vero etiam atomisticae philosophiae suum locum eumque praecipuum quendam et necessarium esse in constituenda et conformanda per temporum decursum specie et notione philosophica, in aliud quidem tempus distuli examinare, hoc tamen loco moneo, disciplina illa gravissimas omnis veteris philosophiae quaestiones de corporum natura, de sensuum causis, de notionum origine, subtilissimarum disputationum argumenta, si non felicissime tentata, at primum, ipso Aristotele[1]) iudice, in medio posita esse. Huc adde viri, quem hac philosophandi ratione et disciplina colenda omnique cogitatione pertractanda Leucippum auctorem longe post se reliquisse scimus, Democriti, summam et fere singularem quandam apud antiquos famae celebritatem, morum probitatem bonitatemque naturae, quam nuperrime, repugnantibus quamvis perspicuis et certissimis veterum testimoniis, in suspicionem vocatam dolemus[2]), animi alacritatem atque vigorem, admirabilem studiorum assiduitatem, conatus omnium litterarum humanarumque cognitionum haud mediocres, orationem denique atque dicendi copiam, quam oratoris potius quam physici putandam, non raro parum etiam, quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, a versu abesse Cicero, Dionysius autem Halicarnassensis vel cum Platonis locutione comparari posse censebat[3]); ut non solum, qui philosophiae historiam, sed etiam qui Graecae linguae copiam indolemque propriam spectant, multum e cognoscendis et tractandis his fragmentis et voluptatis et utilitatis percipere possint.

---

1) Metaph. XIII, 4.

2) ab *H. Rittero*; Geschichte der ionischen Philosophie p. 309. Gesch. der Philosophie, I. p. 564. 581. 583.

3) de comp. verb. p. 370. Schaef; de Cicerone cf. ibid. intpp. Sed ne haec quidem *Rittero* probata sunt, sophisticum quiddam ornatum illum verborum redolere affirmanti.

Haec omnia, iam dudum in colligendis et componendis Democriti fragmentis occupatus, cum mecum reputarem, nec ad hoc tempus laborem meum irritum factum vel plane inutilem fore vidissem, multis, quae aliorum curam fugerant, inventis, multis etiam, quae ab aliis mota erant, in suum locum restitutis, non dubitavi, data occasione, haec, quod sciam, nova neque a quoquam in veterum philosophiarum historiis prodita, in lucem emittere, aequorumque et aptorum iudicum sententiis tamquam specimina proponere; quibus, si nihil aliud, at certe Democriti diligentia et constantia, principia philosophiae, qua devinctus tenebatur, etiam sensibus iisque, quae sensibus percipimus, vindicandi, elucebit. Omissis enim hoc loco, quae de universa atomorum doctrina tenet, qui vel in primo historiae philosophiae aditu substiterit, cetera, quae de accommodandis atomis ad corporum, quae in conspectum nostrum atque sensum cadunt, naturam, a Democrito prodita erant, adhuc uno fere Aristotelis loco[1]) nitebantur. Haec tantum constabant, atomorum figuram, ordinem, situm naturae omnium corporum esse causas; ratio latebat.

Inveniuntur autem haec fragmenta in corruptissimo Theophrasti *περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν* libello, tot textus mendis deformia, ut saepe difficillimum sit, sententiarum et verborum coniunctionem et perpetuitatem ostendere. *Schneiderus* autem, qui ante decem fere annos Theophrasti libros edidit, partim incauta criticae ratione ductus, partim, quod viro, alioquin in paucis erudito, facile ignoscimus, philosophiae Democriteae ignorantia a vera via remotus, tam parum et Annotationibus et Curis secundis et Addendis in his fragmentis praestitit, ut nihil restet, nisi ut quam cautissime

1) de sensu 4. *τὸ γὰρ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, τὸ μὲν τραχύ φησιν εἶναι, τὸ δὲ λεῖον· εἰς δὲ τὰ σχήματα ἀνάγει τοὺς χυμούς.* Cf. Tiedemann. Geist der specul. Phil. Tom. I. p. 271. ubi iacturam, quam de sagacissima Democriteae philosophiae parte tempora fecerint, acerbe queritur.

denuo ad criticam artem accedatur, eiusque auxilio Theophrasti[1]) textus vel restituatur, vel lacunarum et corruptionum, si expleri ipsae et emendari non possunt, loci saltem indicentur et demonstrentur.

---

1) Theophrasto enim nunquam, quod sciam hoc περὶ αἰσθήσεως opusculum abiudicatum est. Prodiit primum Venetiis cur. Vict. Trincavell. 1536. (repet. 1552) una cum Prisciani Lydi Commentariis, quorum nulla mihi unquam inspiciendorum copia facta est.

Democriti

de sensibus iisque quae sensibus percipiuntur, philosophia.

---

§. 1. Inter veteres Graecorum philosophos alios fuisse, qui sensus niti contenderent propinqua quadam corporum, terrenis principiorum quatuor generibus confectorum, cognatione, alios, qui contrariam amplecterentur sententiam, notum est. Empedoclis, ut exemplo utar, versus inveniuntur apud Aristotelem de anima I, 2. (*γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ'ὕδωρ* et seqq.), quibus subiungit Aristoteles: *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ· γιγνώσκεσθαι γὰρ ὁμοίῳ ὅμοιον.* De reliquis vide Theophrastum de sensu 49, qui inde ab hoc loco per sequentia capita ita (secundum vulgat. lect.) Democritum disserentem facit:

Δημόκριτος δὲ περὶ μὲν αἰσθήσεως οὐ διορίζει, πότερα τοῖς ἐναντίοις ἢ τοῖς ὁμοίοις ἐστίν. εἰ μὲν γὰρ ἀλλοιοῦσθαι ποιεῖ τὸ αἰσθάνεσθαι, δόξειεν ἂν τοῖς διαφόροις· οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. Πάλιν δὲ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι καὶ ἁπλῶς ἀλλοιοῦσθαι, πάσχειν. ἀδύνατον δέ φησι, τὸ μὴ ταῦτα πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ὄντα ποιεῖν οὐχ ἕτερα, ἀλλ' ᾗ ταὐτόν τι πάσχειν τοῖς ὁμοίοις. Διὸ περὶ μὲν τούτων ἀμφοτέρως ἔστιν ὑπολαμβάνειν.

Corruptissimo huic loco difficile est opem ferre, nisi quis acquiescendum putet in *Schneideri* coniecturis, pro *εἰ μὲν γὰρ* legendum censentis *ᾗ μὲν γὰρ τῷ ἀλλ*; pro *πάλιν δὲ τὸ μὲν* seqq. autem *πάλιν δὲ τὸ μὲν αἰσθ. καὶ ἁπλ. τὸ ἀλλ. λέγει πάσχειν* (vel *γίγνεσθαι τῷ πάσχειν*) *ἀδύνατον* cett. quorum, si, quae medium tenent, excipias, priora a vulg. lect. parum differunt, postrema nihil habent, quo sensui magis consulatur. Priora quidem satis perspicua sunt; quae sequuntur *πάλιν δὲ — ταῦτα πάσχειν* sensu prorsus carent; postrema vero facillime emendari poterant Aristotele, quem hoc loco *Schneiderus* ignorabat, duce, de gen. et corr. I, 7: *Δημόκριτος δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους ἔλεξε μόνος ἰδίως. Φησὶ γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ ὅμοιον εἶναι τό τε ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. οὐ γὰρ ἐγχωρεῖν τὰ ἕτερα καὶ διαφέροντα πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων· ἀλλὰ*

κἂν ἕτερα ὄντα ποιῇ τι εἰς ἄλληλα, οὐχ ᾗ ἕτερα, ἀλλ' ᾗ ταὐτόν τι ὑπάρχει, ταύτῃ τοῦτο συμβαίνειν αὐτοῖς. Ex his pro vulg. *ἀλλὰ καὶ ἕτερα ὄντα ποιεῖν οὐχ ἕτερα, ἀλλ' ᾗ ταὐτόν τι πάσχειν τοῖς ὁμοίοις* corrige: *ἀλλὰ κἂν ἕτερα ὄντα ποιῇ* (scl. *τι εἰς ἄλληλα*, quae fortasse exciderunt), *οὐχ' ᾗ ἕτερα, ἀλλ' ᾗ ταὐτόν τι ὑπάρχει, τοῦτο συμβαίνειν*; h. e. *sed etiamsi dissimilia vim quandam habeant (inter se invicem), id, non quatenus dissimilia sint, sed quod simile quiddam inter se habeant, fieri.* His constitutis, quae fuerint media, collatis his Aristotelis verbis: *οὐ γὰρ ἐγχωρεῖν, τὰ ἕτερα καὶ διαφέροντα πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων*, omnis fere dubitatio tollitur; sententiae enim nexu postulante, pro *πάλιν δὲ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι καὶ ἁπλῶς ἀλλοιοῦσθαι, πάσχειν· ἀδύνατον δέ φησι, τὸ μὴ ταῦτα πάσχειν* corrige: *πάλιν δὲ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαι καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀλλοιοῦσθαι ᾗ πάσχειν μὴ ὄντα ταὐτά, ἀδύνατόν φησιν εἶναι.* Totum igitur Theophrasti locum sic redde:

Democritus quidem de sensu non satis accurate statuit, utrum simili quodam an contrario fieri putet. Quodsi enim sensus mutationem efficit[1]*), in contrario quodam ponere videtur; similia enim similibus non mutantur; rursus autem dissimilia dissimilibus mutari posse negat; immo, si quae dissimilia vim quandam inter se habeant, id non, quod dissimilia sint, sed, quod simile quiddam inter se habeant, fieri putat. Quapropter, utrum posuerit Democritus, non liquet.* Haec, ni fallor, plana sunt.

§. 2. Sequuntur *visus* et *auditus* descriptiones. Theophr. 50. *Περὶ ἑκάστης δ'ἤδη τῶν* (leg. *τούτων*) *ἐν μέρει πειρᾶται λέγειν. Ὁρᾶν μὲν οὖν ποιεῖ τῇ ἐμφάσει· ταύτην δ'ἰδίως λέγει· τὴν γὰρ ἔμφασιν οὐκ εὐθὺς ἐν τῇ κόρῃ γενέσθαι, ἀλλὰ τὸν ἀέρα τὸν μεταξὺ τῆς ὄψεως καὶ τοῦ ὁρωμένου τυποῦσθαι, συστελλόμενον ὑπὸ τοῦ ὁρωμένου καὶ τοῦ ὁρῶντος· ἅπαντος γὰρ ἀεὶ γίγνεσθαι ἀποῤῥοήν· ἔπειτα τοῦτον, στερεὸν ὄντα καὶ ἀλλόχρων ἐμφαίνεσθαι τοῖς ὄμμασιν ὑγροῖς· καὶ τὸ μὲν πυκνὸν οὐ δέχεσθαι, τὸ δ'ὑγρὸν διιέναι. Διὸ καὶ τοὺς ὑγροὺς τῶν σκληρῶν ὀφθαλμῶν ἀμείνους εἶναι πρὸς τὸ ὁρᾶν, εἰ ὁ μὲν ἔξω χιτὼν ὡς λεπτότατος καὶ πυκνότατος εἴη, τὰ δ'ἐντὸς ὡς μάλιστα σομφὰ καὶ κενὰ πυκνῆς καὶ ἰσχυρᾶς σαρκός, ἔτι δὲ ἰκμάδος παχείας τε καὶ λιπαρᾶς, καὶ αἱ φλέβες κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς εὐθεῖαι καὶ μὴ εὐσχημονοῖεν τοῖς ἀποτυπουμένοις· τὰ γὰρ ὁμόφυλα μάλιστα ἕκαστον γνωρίζειν.*

Videndi igitur sensum negat fieri, effigie conspecti alicuius corporis continuo in oculum pervadente, sed ipsum aërem primum dicit, qui intersit inter oculum et

---

1) ut ipse sentiebat; cum priorum enim philosophorum et poetarum, tum imprimis eorum, qui atomisticae doctrinae addicti erant, haec erat sententia: sensus et cogitationes animi esse mutationes, *ἑτεροιώσεις, ἀλλοιώσεις τῆς ψυχῆς* (apud Cartesianos: *modifications de l'ame).* Vide infra.

corpus, perpetuis, qui ex ipsis corporibus emanent, vaporibus, quorum imagines tum demum oculis inserantur, formari et quodammodo solidum fieri [1]); in duriores tamen oculi partes non penetrare has imagines, per humidiores solas transitum dari; unde, quo mollior et tenerior oculus sit, eo puriorem et integriorem imaginem perduci colligitur [2]). Mox Theophrastus quaerit: *τὰ δὲ μεγέθη καὶ τὰ διαστήματα πῶς φαίνεται;* Democriti autem responsum, qualecunque illud dare conatus est (*καίπερ ἐπιχειρήσας λέγειν πως ἀποδίδωσι* Theophr. paullo infra), temporum periit iniuria.

Totum autem de imaginibus illis, perpetuo e corporibus emanantibus, commentum, iam a Leucippo profectum, sectatores habuit, quicunque antiquis temporibus atomorum doctrinam amplexi sunt. Latissime tamen omnium Democritus adhibuisse videtur, quum eas non solum ad sensum videndi, sed etiam ad cogitandi facultatem, ad affectus animi, ad somnia referat [3]). Rem paullo copiosius narrat Plutarchus [4]),

---

1) Hic si verus loci sensus est, de quo vix dubitari posse puto, *Schneiderus*, dum ad *τοῦτον στερεὸν ὄντα* e verbo antecedenti *τυποῦσθαι* supplet *τύπον* (quod qui vel possit, nescio), vehementer fallitur; immo ipse aër *στερεὸς* fit, quod et ipse Theophrastus confirmat, paullo infra scribens: *εἰ δὲ δὴ τοῦτο συμβαίνει καὶ ὁ ἀὴρ ἀπομάττεται*, et Augustinus Ep. 56: — *imagines, quae de solidis corporibus fluerent, solidaeque ipsae non essent* (h. e. non imago, sed aër solidus est). — In extremis post *καὶ μὴ εὐσχημονοῖεν* plura excidisse suspicatur *Schneiderus*, quod non verisimile esse videtur, quum, hoc uno verbo excepto, sensus integer sit; haud probabilius, quod ipse interim coniicit: *καὶ ὁμοιοσχημονοῖεν;* neque enim intelligitur, quomodo oculi venulae forma et figura imaginibus aëre expressis respondere queant. Corrige *καὶ μὴ ἐνοχλοῖεν*, h. e. si venulae non (sive crassitudine, sive pinguitudine) *incommodant, obstant* imaginibus irruentibus.

2) Cf. Theophr. 54. *φησὶ γὰρ διὰ τοῦτο κενότητα καὶ ὑγρότητα ἔχειν δεῖν τὸν ὀφθαλμόν, ἵν' ἐπίπλεον δέχηται καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι παραδιδῷ.* — *τῷ ἄλλῳ σώματι* dicit e Democriti sententia, quia imagines illas etiam cogitandi tamquam principia ponit.

3) Ad eas, quae speculis redduntur, imagines cum Leucippo et Epicuro refert secundum Codicem Florentinum Parall. sacr. Joann. Damasc. apud ed. Stobaei Gaisford. Tom. IV. p. 393: — *τὰς κατοπτρικὰς ἐμφάσεις γίνεσθαι κατ' εἰδώλων ἐμφάσεις, ἅ τινα φέρεσθαι μὲν ἀφ' ἡμῶν, συνίστασθαι δὲ ἐπὶ τοῦ κατόπτρου κατὰ τὴν ἀντεκιστροφήν.*

4) Quaest. symp. VIII, 10. Multi harum imaginum mentionem iniecerunt; Cic. de div. II. 67.: *a corporibus enim solidis et a certis figuris* (Democritus) *vult fluere imagines.* Id. de fin. I. 6.: — *imagines, quae idola nominant* (Democritus et Epicurus), *quarum incursione non solum videmus, sed etiam cogitamus*; quod de uno Epicuro ita confirmat Gell. N. A. V, 16: — *affluere semper ex omnibus corporibus simulacra quaedam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inserere atque ita fieri videndi sensum putat*; Diogen. Laert. IX, 44. *ὁρᾶν δ' ἡμᾶς κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις* et propius ad Theophrasti verba accedens Codex Flor. supra nominatus ap. Stob. Gaisf. Tom. IV. p. 392.: *Λεύκιππος, Δημόκριτος, Ἐπίκουρος κατὰ εἰδώλων εἴσκρισιν οἴονται τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν πάθος καὶ κατά τινων ἀκτίνων εἴσκρισιν (μετὰ τὴν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἔνστασιν πάλιν ὑποστρεφουσῶν πρὸς τὴν ὄψιν?)* Adde Cic. ad Fam. XV, 16.; ad Att. II, 3.

cuius verba ad sensum interpretabimur: Imagines e corporibus quibuslibet affluentes per quaevis foramina oculos totumque invadere corpus (*ἐγκαταβυσσοῦσθαι ἐς τὰ σώματα*, ut Democritus dicebat) interque alia etiam nocturnas per somnum species efficere[1]). Ex omnibus illas quidem, maxime vero ex animalium corporibus effluere propter maiorem et liberiorem, qui his insit, motum (*σάλον*) et calorem, eorumque non solum formam et figuram, verum etiam motum, sentiendi rationem, ingenium, affectus assumere. Ita humanos animos subire, si quidem plenae et expressae corporum effigies sint; quo autem purior sit et clarior aër, eo magis esse perspicuas et manifestas, quippe quae sereno coelo celerius et expeditius moveantur; auctumnali enim aura, inaequabili, asperiore et frigidiore, distrahi atque obtundi imagines; acrium et commotiorum autem corporum recentissimas et accuratissimas oriri imagines. Hactenus Plutarchus. Quid quidem mali ex hac animantium imaginum incursione homini accidere possit, facile et colligitur et ipse Democritus significasse videtur; apud eundem enim Plutarchum[2]) legimus — *ὅτι καὶ κόσμων ἐκτὸς φθαρέντων καὶ σωμάτων ἀλλοφύλων ἐκ τῆς ἀποῤῥοίας ἐπιῤῥεόντων, ἐνταῦθα πολλάκις ἀρχαὶ παρεμπίπτουσι λοιμῶν καὶ παθῶν οὐ συνήθων.* Porro autem hac sententia mala mens nascitur pravi et improbi alicuius corporis effigie, quae quum omni illius malitia impleta sit, corruptioribus praesertim moribus facillime adhaereat totumque et corpus et animum perturbet et depravet. Sic equidem haec Plutarchi[3]) verba intelligo: *τῶν δὲ Δημοκριτείων εἰδώλων — ἀριθμὸς οὐδείς οὐδὲ λόγος, ἃ φησιν ἐκεῖνος ἐξιέναι* (leg. *ἐπιέναι*) *τοὺς φθονοῦντας, οὔτε αἰσθήσεως ἄμοιρα παντάπασι οὔτε ὁρμῆς, ἀνάπλεά τε* (fort. leg. *ἀνάπλεῳ τε*) *τῆς ἀπὸ τῶν προιμένων* (leg. *προιέντων*) *μοχθηρίας καὶ βασκανίας, μεθ' ἧς ἐμπλασσόμενα καὶ παραμένοντα καὶ συνοικοῦντα τοῖς βασκαινομένοις ἐπιταράττειν καὶ κακοῦν αὐτῶν τό τε σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν.*

Cum his autem imaginibus cave ne (cum Augustino Ep. 56.) confundas, quae *εἴδωλα κακοποιὰ* a Democrito nominantur, quorum, si hanc difficillimam totius huius

---

1) Idem habes in Plac. phil. in Plutarchi Opp. V, 2.: *Δημόκριτος λέγει, τοὺς ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων προστάσεις*; et pluribus verbis apud Aristot. de divinat. per somnum 2; ubi, postquam dixit, aërem vel aquam, semel motam, per aliquod tempus etiam tum moveri, si, qui moverit, non adsit, sic pergit: *οὕτως οὐδὲν κωλύει, κίνησίν τινα καὶ αἴσθησιν ἀφικνεῖσθαι πρὸς τὰς ψυχὰς ἐνυπνιαζούσας, ἀφ' ὧν ἐκεῖνος* (*Δημόκριτος*) *τὰ εἴδωλα ποιεῖ καὶ τὰς ἀποῤῥοάς· καὶ ὅπη δὴ ἔτυχεν ἀφικνουμένας, μᾶλλον αἰσθητὰς εἶναι νύκτωρ, διὰ τὸ μεθ' ἡμέραν φερομένας διαλύεσθαι· ἀταραχωδέστερος γὰρ ὁ ἀὴρ τῆς νυκτός, διὰ τὸ νηνεμωτέρας εἶναι τὰς νύκτας· καὶ ἐν τῷ σώματι ποιεῖν αἴσθησιν διὰ τὸν ὕπνον· διὸ καὶ τῶν μικρῶν κινήσεων τῶν ἐντὸς αἰσθάνεσθαι καθεύδοντας μᾶλλον ἢ ἐγρηγορότας. κ. τ. λ.*

2) Quaest. symp. VIII, 8.

3) ib. V, 7. extr.

philosophiae partem brevi absolvere licet, ratio haec est. Omne enim divinum numen, mundum regens et conservans, quum Democritus respueret, Heracliti *εἱμαρμένην* tuebatur, quam si quando divinam sive deum nominavisse fertur, hac re nihil aliud intellexisse videtur, nisi vim illam, per omnes atomos disseminatam et motu solo efficacem, cui tamquam materia ignis suppositus est [1]). Naturam nihilominus profitebatur, praeter ceteras, quas innumeras procrearet, formas, etiam imagines quasdam proferre immensae amplitudinis [2]), tantas, ut Cicero ait, ut universum mundum complectantur extrinsecus; humana forma, interitui difficile obnoxias; ad homines prope accedentes conspici et, quum ne voce quidem careant, audiri posse; alias malas esse (*εἴδωλα κακοποιά*), aliàs probas (*ἀγαθοποιά*); futura etiam praedicere; quapropter Democritum semper optasse, ut felices sibi contingerent imagines [3]).

---

1) Haec, quae partim nota, partim novis argumentis firmanda sunt, suo tempore copiosius tractabuntur. Hoc tamen loco libet, duobus simul fragmentis emendandis, probare, quomodo Democritus gentem humanam senserit animum induxisse, ut deos esse putarent (fragmenta ipsa iam allegavit *Wendtius* ad *Tennemanni* historiam phil. Tom. I. p. 359.). Ipsius philosophi verba sunt apud Sext. Emp. adv. Math. IX, 24: *ὁρῶντες γὰρ τὰ ἐν τοῖς μετεώροις παθήματα οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ βροντὰς καὶ ἀστραπάς, κεραυνούς τε καὶ ἄστρων συνόδους, ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐκλείψεις, ἐδειματέοντο, θεοὺς οἰόμενοι τούτων αἰτίους εἶναι.* Cf. Clem. Alex. admon. ad gent. p. 45: *τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους φησὶν ἀνατείναντας τὰς χεῖρας ἐνταῦθα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, πάντα διαμυθέεσθαι· καὶ πάντα οὗτος οἶδε καὶ διδοῖ καὶ ἀφαιρέεται καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων.* In his lege (quod miror interpretum neminem animadvertisse, ne Orellium quidem, eruditum Opusculorum veterum sententiosorum editorem, ubi hoc ipsum fragmentum legitur Vol. I. p. 130.) pro *πάντα διαμυθέεσθαι*, *πάντα Δία μυθέεσθαι*, quod iure legendum esse, idem Clemens testis est (Strom. V. p. 598), iisdem fere verbis scribens: *ὑπ' αὐγὰς Δημόκριτος εἶναί τινας ὀλίγους γράφει τῶν ἀνθρώπων, οἳ δὴ ἀνατείνοντες τὰς χεῖρας ἐνταῦθα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες. πάντα Ζεὺς μυθέεται· καὶ πάντα οὗτος οἶδε* et seqq. quae ad verbum cum illis consentiunt. In his verborum structuram, dupliciter laborantem, restitue, sublata post Ἕλληνες distinctione: *πάντα Δία μυθέονται*, quod priora illa satis, spero, ostendunt.

2) Sext. Emp. adv. Math. IX, 19. 42. Si Ciceronem audimus, quatuor fere imaginum genera habemus; vid. de nat. deor. I, 43.: *tum enim censet imagines divinitate praeditas inesse universitati rerum: tum principia mentis, quae sunt in eodem universo, deos esse dicit: tum animantes imagines, quae vel prodesse nobis solent, vel nocere: tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus.* Horum generum unum esse videtur, quod ignem tamquam materiam subiectam habere diximus (cf. Stob. Ecl. phys. I, 1. *Δημόκριτος λέγει νοῦν τὸν θεὸν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ.* Plac. phil. I, 7. *νοῦν τὸν θεὸν ἐμπυροειδῆ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν*); alterum de iis intelligendum imaginibus, quas e corporibus effluere modo vidimus; de tertio, quod Cicero primum ponit, mihi quidem nondum liquet; quartum denique ad ea referendum est, quae iam dicentur. — Eadem fere, quae Cicero memorat, paullo obscurius repetit Augustinus Ep. 56.

3) ipsius verbis *εὐλόγχων τυχεῖν εἰδώλων; λόγχη* enim *sors* est, quod ignoravit Fabricius,

Restant nonnulla de extremis fragmenti nostri verbis: *τὰ γὰρ ὁμόφυλα μάλιστα ἕκαστον γνωρίζειν*, **dicenda, quibus ita usum videmus Democritum: Arist. de sensu 2. Plac. phil. IV, 19:** *Visus aqua fit, oculus enim aqua constat; auditus fit aëre.* **Simili ratione Empedoclis sententia oculus igne constat; visus igitur radiis quibusdam fit, inde erumpentibus[1]). Niti enim vetusta hac sententia videtur non minus antiquum illud poetarum et philosophorum placitum,** *paria cum paribus congregari*, **quod quum proverbii loco esset, naturae autem ratione quodammodo probari videretur, minime omnium oppugnabatur. Origo fortasse ex amicitiae illa lege repetenda, quam Amoris, Venere nati, nomine sanxisse Hesiodum, quamque paullum immutata forma Parmenidem, Empedoclem, Anaxagoram tuitos esse scimus[2]). Dignum quoddam memoratu Democriti fragmentum legimus apud Sext. Emp. adv. Math. VII, 117. [3]), quod his verbis circumscriptum habes in Plac. phil. IV, 19.:** *κολοιός γὰρ παρὰ κολοιὸν ἱζάνει, καὶ ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον[4]). καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἀγιαλοῖς αἱ ὅμοιαι ψῆφοι κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους ὁρῶνται· κατ' ἄλλο[5]) μὲν αἱ σφαιροειδεῖς, κατ' ἄλλο δὲ αἱ ἐπιμήκεις· καὶ ἐπὶ τῶν κοσκινευόντων[6]) δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναυλίζεται τὰ ὁμοιοσχήμονα, ὥστε χωρὶς εἶναι τοὺς κυάμους καὶ τοὺς ἐρεβίνθους.* **Haec, quae in proverbii consuetudinem abierant, ad extrema usque tempora pertinuerunt. V. Nazianz. Ep. ad African. 46.** *τίσιν ἵπποι μάλιστα χαίρουσι; δῆλον ὡς ἵπποις· ἀετοὶ δὲ τίσιν; οὐκ ἄλλοις ἢ ἀετοῖς· κολοιὸν δὲ ποτὶ κολοιὸν ἱζάνειν καὶ τῆς παροιμίας ἀκούεις.*

Sed revertamur ad Theophrastum:

Πρῶτον μὲν οὖν ἄτοπος ἡ ἀποτύπωσις ἡ ἐν τῷ ἀέρι· δεῖ γὰρ ἔχειν πυκνότητα καὶ μὴ θρύπτεσθαι τὸ πυκνούμενον, ὥσπερ καὶ αὐτὸς λέγει παραβάλλων· τοιαύτην εἶναι τὴν ἐντύπωσιν, οἷαν εἰ ἐκμαξείας εἰς σκληρόν.

---

quum scribi vellet *εὐλόγων*; abstinuisset coniectura, si loci apud Plutarchum Vit. Paull. Aemil. p. 255. meminisset. — Ceterum eiusmodi maleficas quasdam imagines esse, Empedoclem etiam, Platonem, Xenophanem, Chrysippum putasse, affirmat Plutarch. oracul. defect. p. 419.

1) Arist. de anima I, 2.

2) Vide, si placet, de singulis *Tiedemann.* (Geist der spec. Phil. I. p. 184. 256. 260. 331. 340.)

3) unde iam transscripsit *Tennemann.* (Gesch. der Phil. I. p. 348. ed. nov.). Omisimus igitur hoc loco.

4) Odyss. ρ'. 218. *ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεός ὡς τὸν ὅμοιον.*

5) Cave scribas *κατ' ἄλλον* (sc. *τόπον*); v. Democritum in Plac. phil. III, 12: — *αὐξανομένην τὴν γῆν κατὰ τοῦτο ἐγκλιθῆναι.*

6) Lege *ἐπὶ τῶν κοσκινευομένων*, quod praebet Sext. Emp. l. c. unde haec translata sunt: *καθάπερ ὁρᾶν πάρεστι ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ ταῖς κυματωγαῖς* (al. *κυματαγωγαῖς*, sed v. Hemsterh. ad Lucian. dial. sel. p. 116.) *ψηφίδων.*

Ita certe *Schneid.* dum vulg. lect. praebet: ἐκμαξείας εἰ σκληρόν. Neutrum aptum; mirum autem, praetervidisse *Schneiderum*, quod et facillimum et verisimillimum erat, corrigendum esse εἰς κηρόν, de qua emendatione si quid dubii reliquum esse possit, id statim ipse Theophrastus eximet Cap. 52.: εἰ δὲ δὴ τοῦτο συμβαίνει καὶ ὁ ἀὴρ ἀπομάττεται καθάπερ κηρός.

Pergit: ἔπειτα μᾶλλον ἐν ὕδατι τυποῦσθαι δυνατόν, ὅσῳ πυκνότερον ἧττον δὲ ʽρᾶσθαι· καίτοι προςῆκε μᾶλλον (sc. ὁρᾶσθαι). Ὅλως δὲ ἀποῤῥοὴν ποιοῦντα, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τῶν εἰδῶν, τί δεῖ τὴν ἀποτύπωσιν ποιεῖν; αὐτὰ γὰρ ἐμφαίνεται τὰ εἴδωλα.

Democriti hic περὶ εἰδῶν libellus nusquam alibi memorari videtur; iure igitur *Schneid.* suspicatur, legendum esse περὶ εἰδώλων, cuius libri etiam Diogen. Laert. IX, 117. mentionem iniicit, argumentum autem copiosius *Fabricius* enucleare conatur Bibl. Graec. II. Cap. 23. Idem fortasse de alio quodam Democriti libro statuendum, quem περὶ ἰδεῶν ab eo scriptum esse vult Sext. Emp. adv. Math. VII, 137.

Theophr. 54. Ἀλλ᾽ ἴσως τὴν ἔμφασιν ὁ ἥλιος ποιεῖ, τὸ φῶς ὥσπερ ἐπιφέρων ἐπὶ τὴν ὄψιν[1]) καθάπερ ἔοικε βούλεσθαι λέγειν· ἐπεὶ τό γε τὸν * ὅτι ἀπωθοῦντα ἀφ᾽ ἑαυτοῦ καὶ ἀποπλαττόμενον πυκνὸν τὸν ἀέρα, καθάπερ φησίν, ἄτοπον.

Schneid. legendum censet: ἐπεὶ τό γε τὸν ἥλιον ἀπωθοῦντα — πυκνοῦν τὸν ἀέρα —; vocem enim ἥλιος saepius per Theophrasti libros vocula ὅτι corruptam inveniri. Quod vel saepissime sit licet, de sensu tamen huius loci fallitur. Theophrastus enim, si Democritum sole fortasse fieri τὴν ἔμφασιν putasse dicit, quo tandem iure quove sensu ita pergat: *sole enim repelli aerem (?) solidumque reddi, absurdum est?* Quomodo haec, obsecro, cohaerent? Difficillimum quidem, sensum, manifesta lacuna, eruere; hoc vero persuasum habeo, totam sententiam disiungendam et diversa esse, quae hoc loco tractantur. Quomodo sol porro τὴν ἔμφασιν efficere dicitur, quum, qua ratione ἡ ἔμφασις fiat, priora iam satis explanaverint? Ex iis, quae proxime antecedunt, τί δεῖ τὴν ἀποτύπωσιν ποιεῖν; potius ἀποτυπώσεως explicationem, quidve eam efficiat, exspectes demonstrationem. Denique ne ὥσπερ illud quidem, quid sibi velit, satis intelligo. Scipserim igitur, ut certe pro virili parte ad medendum tot tantisque corruptionibus opituler:

Ἀλλ᾽ ἴσως τὴν ἀποτύπωσιν ὁ ἥλιος ποιεῖ, ὥσπερ τὸ φῶς ἐπιφέρων (sc. αὐτὴν) ἐπὶ τὴν ὄψιν, καθάπερ ἔοικε βούλεσθαι λέγειν· * * * ἐπεὶ τό γε τὸν ὀφθαλμὸν ἀπωθοῦντα ἀφ᾽ ἑαυτοῦ καὶ ἀποπλαττόμενον πυκνοῦν τὸν ἀέρα, καθάπερ φησίν, ἄτοπον. *Fortasse (effictae in aëre imaginis) impressionem in oculum solè inferri putat, eodem modo quo lucem oculo affundat, quod ipse significare videtur. * * * nam quod alio*

---

1) i. e. *in oculum*; cf. Plutarch. Tom. II. p. 521. et paull. infra ἡ ἀκοὴ i. e. *auris*.

loco dicit, ipsum oculum repellere a se affluentem aerem eaque ratione quodammodo solidum reddere, absurdum est. **Sed vel sic non multum extorqueri, libenter fateor.**

§. 3. Hactenus Theophrastus de visu; pergit de *auditu* **(C. 55.):** *Τὴν δ'ἀκοὴν παραπλησίως ποιεῖ τοῖς ἄλλοις· εἰς γὰρ τὸ κενὸν ἐμπίπτοντα τὸν ἀέρα κίνησιν ἐμποιεῖν, πλὴν μὲν ὅτι κατὰ πᾶν μὲν ὁμοίως τὸ σῶμα εἰσιέναι, μάλιστα δὲ καὶ πλεῖστον διὰ τῶν ὤτων, ὅτι διὰ πλείστου τε κενοῦ διέρχεται καὶ διαμίμνει· διὸ καὶ κατὰ μὲν τὸ ἄλλο σῶμα οὐκ αἰσθάνεσθαι, ταύτῃ δὲ μόνον. Ὅταν δὲ ἐντὸς γένηται, σκίδνασθαι διὰ τὸ τάχος· τὴν γὰρ φωνὴν εἶναι, πυκνουμένου τοῦ ἀέρος καὶ μετὰ βίας εἰσιόντος.*

Priora non omni corruptione vacant, quamquam rectius nunc nihil novi; de extremis *Schneideri* **coniecturas omittam, profectas de voce** *φωνήν,* **quam male intelligens interpretabatur** *vocem humanam.* **Hic quidem de** *sono* **sermo est; cetera sana sunt, modo ne** *πυκνουμένου* **legas, sed** *τυπτομένου,* **quod planius apparebit e sequentibus. Sono enim aërem** *concuti,* **tam vulgaris sententia erat, ut ipse sonus** *τυπτόμενος ἀὴρ* **diceretur. Ita Stoici sentiebant, de quibus Gellius N. A. V, 15.:** *vocem Stoici corpus esse contendebant, eamque esse dicebant ictum aëra* [1]*;* **ita Plato (ibid.) in melius mutans:** *οὐχ ἁπλῶς πληγὴ ἀέρος ἐστὶν ἡ φωνή· πλήττει γὰρ τὸν ἀέρα καὶ δάκτυλος παραγόμενος καὶ οὐδέπω ποιεῖ φωνήν· ἀλλ' ἡ πόση πληγὴ καὶ σφοδρά, καὶ πόση* **(leg.** *τόση***)** *δέ, ὥστε ἀκουστὴν γενέσθαι* [2]**). Cf. Bekkeri Anecd. p. 770.** *οἱ μὲν τῶν παλαιῶν λέγουσι τὴν φωνὴν σῶμα, οἱ δὲ ἀσώματον· οἱ γὰρ λέγοντες [ὅτι] ἀὴρ πεπληγμένος, σῶμα αὐτὴν νοοῦσι. σῶμα γὰρ ὁ ἀήρ, ἓν ὑπάρχων τῶν τεσσάρων στοιχείων· οἱ δὲ λέγοντες ἀσώματον, οὔ φασι τὴν φωνὴν [ὅτι] ἀὴρ πεπληγμένος, ἀλλὰ πληγὴ ἀέρος ἤτοι ἴδιον αἰσθητὸν ἀκοῆς* [3]**). Quibus omnibus veram lectionem** *τυπτομένου* **pro** *πυκνουμένου* **supra restitutam esse, perspicuum, ut spero, erit. Nunc, quoniam haec non aliena sunt ab hoc argumento, miram audiamus soni descriptionem Plac. phil. IV, 19.** *Ἐπίκουρος τὴν φωνὴν εἶναι (λέγει) ῥεῦμα, ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῶν φωνούντων ἢ ἠχούντων ἢ ψοφούντων· τοῦτο δὲ τὸ ῥεῦμα εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι θραύσματα· ὁμοιοσχήμονα δὲ λέγεται τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις, καὶ σκαληνὰ καὶ τρίγωνα τοῖς ὁμογενέσι· τούτων δὲ ἐμπιπτόντων ταῖς ἀκοαῖς, ἀποτελεῖσθαι τὴν αἴσθησιν τῆς φωνῆς· φανερὸν δὲ τοῦτο γίγνεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσκῶν ἐκρεόντων καὶ τῶν*

---

1) cf. Sext. adv. Math. VI, 53. Plac. phil. IV, 20.

2) de eodem Platone Theophrastus cap. 6. horum fragm. *φωνὴν γὰρ εἶναι πληγὴν ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλου καὶ αἵματος δι' ὤτων μέχρι ψυχῆς· τὴν δὲ ἀπὸ* (an *ὑπὸ?*) *ταύτης κίνησιν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι ἥπατος, ἀκοήν.*

3) cf. ibid. p. 1168. e grammatico quodam: *ὁ Δημόκριτος καὶ ὁ Ἐπίκουρος καὶ οἱ Στωϊκοὶ σῶμα λέγουσι τὴν φωνήν, ὅτι πᾶν, ὃ ἔχει ἐνέργειαν καὶ πάθος, ἤγουν δύναται δρᾶσαι καὶ παθεῖν, σῶμά ἐστιν.*

ἐκφυσώντων κναφέων τοῖς ἱματίοις. Δημόκριτος καὶ τὸν ἀέρα φησὶν ἐς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι σώματα — καὶ συγκυλινδεῖσθαι τοῖς ἐκ τῆς φωνῆς θραύμασιν· κολοιὸς γὰρ παρὰ κολοιὸν ἱζάνει. — *Ῥεύματος* illius quidem quae sit natura et materies ex his non satis elucet, sed sufficiunt fortasse, ad Gellium (l. c.) vetusto, ut videtur, mendo liberandum. Legimus enim: *Democritus ac deinde Epicurus ex individuis corporibus vocem constare* (putant), *eamque ῥεῦμα λόγων appellant.* Sed qui poterant, quaeso, sonum, ut ex *individuis corporibus* constantem, *ῥεῦμα λόγων* appellare? Ne si ad humanam quidem vocem haec verba referri voluissent, opportuna satisque congrua circumscriptione usi essent. Equidem, praesertim *individuorum* illorum *corporum* ratione habita, quibus sonum constare dicebant, vix dubito, quin legendum sit: *ῥεῦμα ἀτόμων.*

Theophr. 56. *Ὀξύτατον δ' ἀκούειν, εἰ ὁ μὲν ἔξω χιτὼν εἴη πυκνός, τὰ δὲ φλέβια κενὰ καὶ ὡς μάλιστα ἔνικμα*[1]) *καὶ εὔτρητα κατά τε τὸ ἄλλο σῶμα καὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς ἀκοάς, ἔτι δὲ τὰ ὀστᾶ πυκνά, καὶ ὁ ἐγκέφαλος εὔκρατος καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ὡς ξηρότατον· ἀθρόον γὰρ ἂν οὕτως εἰσιέναι τὴν φωνήν, ἅτε διὰ πολλοῦ κενοῦ καὶ ἀνίκμου καὶ εὐτρήτου εἰσιοῦσαν καὶ ταχὺ σκίρνασθαι καὶ ὁμαλῶς κατὰ τὸ σῶμα* (?) *καὶ οὐδὲ ἐκπίπτειν ἔξω*[2]).

§. 4. Ceterorum sensuum apud Theophrastum in sequentibus nulla mentio; descriptio fortasse in his tantum fragmentis periit. De *cogitandi* facultate haec pauca inveniuntur:

Περὶ δὲ τοῦ φρονεῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἴρηκεν, ὅτι γίνεται, συμμέτρως ἐχούσης τῆς ψυχῆς μετὰ τὴν κίνησιν[3]). *ἐὰν δὲ περίθερμός τις ἢ περίψυχρος γένηται, μεταλλάττειν φησί. Διότι καὶ τοὺς παλαιοὺς καλῶς τοῦθ' ὑπολαβεῖν, ὅτι ἐστὶν ἀλλοφρονεῖν· ὥστε φανερόν, ὅτι τῇ κράσει τοῦ σώματος ποιεῖ τὸ φρονεῖν, ὅπερ ἴσως αὐτῷ καὶ κατὰ λόγον ἐστί, σῶμα ποιοῦντι ψυχήν*[4]).

Haec omnia non intelligenda sunt de ea animi vi, qua vel rerum naturam et notionem examinamus et perpendimus, vel exterum earum habitum mente fingimus et percipimus; alterum enim ad imaginum auctoritatem reiecisse Democritum scimus, alterum vera et genuina illa mentis cognitione, quam *γνησίην* appellabat (quum

---

1) Confidenter lege *ἄνικμα*, quod et sequentia postulant *ἅτε διὰ πολλοῦ κενοῦ καὶ ἀνίκμου καὶ εὐτρήτου*, et praecedentia (cap. 50.) *καὶ αἱ φλέβες εὐθεῖαι καὶ ἄνικμοι* docent.

2) Sequentia Theophrasti verba corrupta sunt: *ἄτοπον δὲ καὶ δι' ὧν κατὰ πᾶν τὸ σῶμα τὸν ψόφον εἰσιέναι.* *Schneiderum*, *διότι* coniicientem, quod ne ad verborum quidem structuram tuendam aptum est, miror, certissimam fugisse emendationem *δι' ὤτων.*

3) *Schneid.* *κρᾶσιν* vel *κατὰ κίνησιν*; verius fortasse *κατὰ τὴν τοῦ σώματος κρᾶσιν.* Vide sequentia.

4) Cf. quae supra notavimus e Bekkeri Anecd. p. 1168.

alteram, solis sensibus factam, σκοτίην nominaret), niti, alii docuerunt [1]). Hoc loco de vigore tantum vitali, ut ita dicam, de ea vi, qua nos esse scimus, agi videtur; recte igitur poetam dicit verbum ἀλλοφρονεῖν finxisse, *aliter cogitare* simul et *mente captum esse*. Idem Democriti argumentum affert etiam Arist. de anim. I, 2.: διὸ καλῶς ποιῆσαι τὸν Ὅμηρον· ὡς Ἕκτωρ κεῖτ' ἀλλοφρονέων [2]).

Theophr. c. 72. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἔοικε συνηκολουθηκέναι τοῖς ποιοῦσιν ὅλως τὸ φρονεῖν κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν· ἥπερ ἐστὶν ἀρχαιοτάτη δόξα· πάντες γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ οἱ ποιηταὶ καὶ σοφοὶ κατὰ τὴν διάθεσιν ἀποδιδόασι τὸ φρονεῖν. Adde Cod. Flor. Ioann. Damasc. apud Gaisf. in ed. Stobaei Tom. IV. p. 431. Λεύκιππος, Δημοκράτης [3]) τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰς νοήσεις ἑτεροιώσεις εἶναι τοῦ σώματος.

§. 5. Multo etiam difficiliora, quaeque aliquot locis vix dissolvi possint, sunt, quae Theophrastus a Democrito de iis prodita memorat, quae sensibus percipiuntur; oratio plerumque tam salebrosa, ut fere ubique saxa et scopulos offendas eoque magis haereas, quo minus, quo recurras, habeas; ceteri enim ad unum omnes scriptores has philosophi quaestiones praeteriisse videntur.

Plurimum inter veteres Theophrastus (Cap. 59. 60.) studii ad cognitionem τῶν αἰσθητῶν contulisse ait Democritum et Platonem, quod de utroque confirmantem iam supra Aristotelem vidimus, quum, quas quaestiones vetustiores plerumque philosophi omiserint, eas a Democrito primo et Platone in medium prolatas esse dicat, ut de calido, de frigido [4]). Alia autem (τῶν αἰσθ.) Democritum e philosophiae suae principiis deduxisse et magnitudine, situ, ordine descripsisse, aliis, in sensuum

1) V. Tennemann. (Gesch. d. Phil. I. p. 566. sqq.)

2) Hunc Homeri locum ignoro; cf. tamen Il. ψ'. 698. et Lexica, quae etiam Herodotum laudant. — Tuebatur igitur Democritus antiquam illam, inde ab Homeri temporibus deductam τῆς ψυχῆς significationem, e spiritus notione, quem pectore ducimus, profectam. Qui quidem spiritus, quippe a quo vitae quasi omnem conditionem nasci appareret, per multum inde tempus una cum sanguine, pectori incluso, philosophorum et poetarum veterum sententia, omni vitalis vigoris munere fungebatur, *animi*, tanquam oppositi caduco et mortali corpori, vi et notione tum temporis vix cognita. De Homero v. accuratam *Voelckeri* disputationem: Über die Bedeutung von ψυχή und εἴδωλον in der Ilias und Odyssee. Giessen. 1825.

3) h. e. Δημόκριτος. V. Excurs. de Democrate.

4) Metaph. XIII, 4. coll. Plutarch. de primo frigido p. 948. Cum his etsi pugnare videntur, cohaerent tamen tum quae e Democriti libro apud Theophrastum legimus (cap. 60.): οὐδὲ γὰρ τοῦ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ φύσιν ὑπάρχειν, ἀλλὰ τὸ σχῆμα μεταπίπτον ἐργάζεσθαι καὶ τὴν ἡμετέραν ἀλλοίωσιν, tum, quae mox sequitur, saporum descriptio secundum atomorum doctrinam. Ad hanc conferant se, quiqui has schedulas evolvent.

affectionibus positis, omnem veram abiudicasse naturam [1]), e Theophrasti verbis intelligitur, haec singulatim memorantis:

Βαρὺ μὲν οὖν καὶ κοῦφον τῷ μεγέθει διαιρεῖ· εἰ γὰρ διακριθῇ ἕνθεν ἕκαστον, εἰ καὶ κατὰ σχῆμα διαφέροι [2]), σταθμὸν ἂν ἐπὶ μεγέθει τὴν φύσιν ἔχειν· οὐ μὴν ἀλλ' ἔν γε τοῖς μικτοῖς κουφότερον ἂν εἶναι τὸ πλέον ἔχον κενόν, βαρύτερον δὲ τὸ ἔλαττον.

Corrigi vult *Schneid.* *καὶ γὰρ διακριθὲν μὲν ἕκαστον — διαφέροι, σταθμὸν ἂν ἐπὶ μεγέθει κατὰ τὴν φύσιν ἔχειν;* qua emendatione molestum illud quidem *ἔνθεν* expulsum est, sensus autem, si quid video, parum proficit. Quo enim pacto dixerit Democritus, *κατὰ τὴν φύσιν* unumquodque suum habere pondus magnitudine, dum hanc ipsam *φύσιν* descripturus est? Immo, quum Theophrastus iam occupasset, grave et leve, i. e. utriusque naturam, magnitudine eum definiendam iudicasse, hoc dicendum erat: si discernitur utrumque et seiunctum alterum ab altero spectatur, magnitudine naturam habent. Legerim igitur: *εἰ γὰρ διακριθῇ ἓν μὲν ἕκαστον, εἰ καὶ κατὰ σχῆμα διαφέροι καὶ κατὰ σταθμόν* [3]), *ἐπὶ μεγέθει τὴν φύσιν ἔχειν*, totiusque sententiae sensum sic proposuerim: *Si, quod quotidiano levium et gravium usu in singularibus aestimandis corporibus intelligi solet, audimus, nec mutuae harum notionum conditionis, nec formae vel ponderis proprii ratione habita, quod maius est, id plerumque etiam gravius habetur, quod minus spatiosum, idem levius; sin vero alterum alteri adiungas, sive alterum ad alterum referas* (*ἔν γε τοῖς μικτοῖς* — nisi forte haec etiam corrupta sunt, quod facile mihi persuaserit aliquis), *levius erit, quod plus, gravius, quod minus habet vacui.*

Intricatiora etiam sequentia, quae vulgo sic leguntur:

Ἐν ἐνίοις μὲν οὕτως εἴρηκεν· ἐν ἄλλοις δὲ κοῦφον εἶναί φησιν ἁπλῶς τὸ λεπτόν. Παραπλησίως δὲ καὶ περὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ. σκληρὸν μὲν γὰρ εἶναι τὸ πυκνόν, μαλακὸν δὲ τὸ μανόν, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ μάλιστα κατὰ λόγον. Διαφέρειν δέ τι τὴν θέσιν καὶ τὴν ἐναπόλειψιν τῶν κενῶν καὶ τοῦ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ, καὶ βαρέος καὶ κούφου. Διὸ σκληρότερον μὲν εἶναι σίδηρον, βαρύτερον δὲ μόλυβδον· τὸν μὲν γὰρ σίδηρον ἀνωμάλως συγκεῖσθαι, καὶ τὸ κενὸν ἔχειν πολλαχῇ, καὶ κατὰ μεγάλα πεπυκνῶσθαι καὶ κατά ἔνια· ἁπλῶς δὲ πλέον ἔχειν κενόν. Τὸν δὲ μόλυβδον ἔλαττον ἔχοντα κενὸν ὁμαλῶς συγκεῖσθαι κατὰ πᾶν ὁμοίως· διὸ βαρύτερον μέν, μαλακώτερον δ' εἶναι σιδήρου.

---

1) Theophr. 60. *τῶν δ' ἄλλων αἰσθητῶν οὐδενὸς εἶναι φύσιν, ἀλλὰ πάντα πάθη τῆς αἰσθήσεως.* Cf. etiam Arist. de sensu 4.

2) vulg. *διαφέρει διαφέροι.*

3) Et distinctio haec post *σταθμὸν* et emendatio *καὶ κατὰ* repetito vulgatae lectionis verbo *διαφ.* nonnihil probari videtur.

Manifesta corruptio in verbis *καὶ μάλιστα κατὰ λόγον*. Si, quae modo emendare conati sumus, Democriti argumentationem si non plane repraesentare, at probabiliter certe adumbrare possunt, sic fere, modo in his etiam constans sibi fuerit, dissertaturus fuisse videtur: *plerumque, si rationem harum notionum mutuam omittimus, solidis corporibus etiam durities tribui solet, mollitudo iis, quae foraminum plena sunt; re vera autem discrimen ad plusve minusve vacui, quod utrique corporum generi natura inest, referendum.* Ad haec facile corrupta illa: *καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ μάλιστα κατὰ λόγον* adiungas, si corrigas: *σκληρὸν μὲν γὰρ εἶναι τὸ πυκνόν, μαλακὸν δὲ τὸ μανὸν καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ μάλιστα καὶ ἥκιστα κενὸν ἔχον;* quamquam hac ratione genuinam verborum lectionem restitutam esse, ne ipse quidem ut credam, adducor. De ceteris haec mihi cogitanti in mentem venerunt. *Ferrum plumbo levius esse, dicit, particulis inaequaliter dispositis, plumbum contra gravius; plumbi vero particulas propter exiguum, quod contineat vacuum, aequaliter collocatas esse, ferri inaequaliter, propter nimium vacui.* Iam sequi debebat: *ferrum autem plumbo solidius est propter exiguum vacuum;* sed quum ἡ θέσις et ἡ ἐναπόλειψις τῶν κενῶν discrepantiam quandam efficiat in definiendis durorum et mollium, gravium et levium notionibus, haec statim legimus: *ferrum solidius esse plumbo, quamquam plus illi vacui insit; sed quum haec ipsa maior κενότης inaequali particularum situ postuletur, ferrum levius esse quam plumbum.* Quae si recte interpretati sumus, facile, quam parum *Schneideri* coniectura, *τὸν μὲν γὰρ σίδηρον ἀνωμάλως συγκεῖσθαι, καὶ τὸ κενὸν ἔχον πολλαχῇ, καὶ κατὰ μὲν ἄλλα πεπυκνῶσθαι, κενὸν κατὰ ἔνια* et paullo infra *κατὰ πᾶν ὁμοίως πυκνόν (τὸν μόλυβδον)*, defendi possit, intelligitur. Apparet enim, e Democriti sententia eandem τῷ σκληρῷ et μαλακῷ rationem intercedere, atque τῷ πυκνῷ et μανῷ; ferrum durius quidem quam plumbum esse perhibet, sed levius; itaque, si ferrum dicit *κατὰ μεγάλα πεπυκνωμένον*, plumbum quidem paullo post *κατὰ πᾶν ὁμοίως πυκνόν* dicere nequit, quippe quod τῷ σκληρῷ eademque de causa ferro conveniat. Verba *κατὰ ἔνια* si non plane perdita sunt, fortasse ad illa, *ἀνωμάλως συγκεῖσθαι* pertinent, quibus ita adiunxerim: *τὸν μὲν γὰρ σίδηρον κατὰ ἔνια ἀνωμάλως συγκεῖσθαι;* cetera quidem hisce non inepte respondent.

§. 6. Theophr. 60. *Τῶν δ' ἄλλων αἰσθητῶν οὐδενὸς εἶναι φύσιν, ἀλλὰ πάντα πάθη τῆς αἰσθήσεως ἀλλοιουμένης, ἐξ ἧς γίνεσθαι τὴν φαντασίαν. Οὐδὲ γὰρ τοῦ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ φύσιν ὑπάρχειν, ἀλλὰ τὸ σχῆμα μεταπίπτον ἐργάζεσθαι καὶ τὴν ἡμετέραν ἀλλοίωσιν· ὅτι γὰρ ἂν ἄθρουν ᾖ, τοῦτ' ἐνισχύειν ἑκάστῳ· τὸ δ' εἰς μικρὰ διενενημένον ἀναίσθητον εἶναι· σημεῖον δέ, ὡς οὐκ εἰσὶ φύσει, τὸ μὴ πάντα πᾶσι φαίνεσθαι τοῖς ζώοις, ἀλλ' ὃ ἡμῖν γλυκύ, τοῦτ' ἄλλοις πικρὸν καὶ ἑτέροις ὀξὺ καὶ ἄλλοις δριμύ, τοῖς δὲ στρυφνόν· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὡσαύτως. Ἔτι δὲ αὐτοὺς μεταβάλλειν τῇ κράσει καὶ τὰ πάθη*

καὶ τὰς ἡλικίας[1]). *ᾗ καὶ φανερόν, ὡς ἡ διάθεσις αἰτία τῆς φαντασίας. Ἁπλῶς μὲν οὖν περὶ τῶν αἰσθητῶν οὕτως δεῖν ὑπολαμβάνειν· οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα καὶ ταῦτα ἀνατίθησι τοῖς σχήμασι· πλὴν οὐχ ἁπάντων ἀποδίδωσι τὰς μορφάς, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν χυλῶν*[2]) *καὶ τῶν χρωμάτων· καὶ τούτων ἀκριβέστερον διορίζει τὰ περὶ τοὺς χυλούς, ἀναφέρων τὴν φαντασίαν πρὸς ἄνθρωπον.*

Quae et in his et in iis, quae sequuntur, fortasse memor aliquis Democritei illius placiti: *νόμῳ γλυκύ, νόμῳ πικρόν*[3]), cuius tanquam probri mentionem saepius Theophrastus[4]) iniicit, pugnantia secum offenderit, reputet Democritum statim ab initio duas cognitionis rationes proposuisse, alteram mentis, alteram sensuum, fallacem hanc, illam veram. Si igitur, ut exemplum ponamus, dulcis ei sapor rotundis atomis nititur, quum paullo ante dulce non minus quam quodvis aliud *αἰσθητόν, πάθος* fecerit *τῆς αἰσθήσεως*, constans tamen sibi esse videtur. Docet enim, verum esse *τὸ ἄτομον καὶ τὸ κενόν*. Quibus si quis sic occurrit, ut praeterea sensus esse quosdam saporis (qui unus pro multis exemplo sit) dicat, omnem scito sensum omnino esse non posse, nisi si materia, quae re vera sit, nitatur. Cuiusvis autem

---

1) *Schneid.* coniic. *ἔτι δὲ αὐτῶν μεταβάλλειν ἅμα τῇ κράσει καὶ τὰ ἤθη καὶ* (sive *κατὰ*) *τὰς ἡλικίας*; propius fortasse ad Theophrasti verba acceditur, si legeris: *ἔτι δὲ αὐτοὺς μεταβάλλειν τὰ πάθη τῇ κράσει καὶ ταῖς ἡλικίαις.*

2) Al. *χυμῶν*, quae est perpetua lectionis varietas. Repone autem *χυλῶν* et h. l. et ubicunque in his fragmentis dubia res est. Differunt enim *χυλός* et *χυμός*; *χυλός* materia sola saporis est, qui tum demum *χυμός* fit, ubi haec materia gustandi sensum afficiens mente fingitur, ita ut Democriti sententia *χυλός* nusquam idem sit atque *χυμός*; *χυμός* enim *ὁ χυλός* fit singulari cuiusque sentiendi, i. e. gustandi ratione. V. Etym. Orion. p. 163: — *ἄμφω μὲν ὑγρά, ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν πέψει καὶ ἐν αἰσθήσει γεγονὸς χυμός· ἐστὶ γὰρ χυμὸς γλυκὺς καὶ πικρός· τὸ δ' ἄπεπτον καὶ ἀνέψητον, πεφθῆναι δὲ δυνάμενον, ὡς ἡ ἐν πόαις καὶ ὀπώραις ὑγρὰ οὐσία, χυλός· καὶ τοῦ βίου μαρτυροῦντος. τὸ μὲν γὰρ καλῶς ἑφθὲν σύγχυμον καλεῖται* (v. Schneideri additam. ad Lex. Graec. voc. *σύγχυμος*), *τὸ δ' ἀνέψητον ἀσύγχυμον.*

3) Vide praeter alia, quae recentiorum libri philosophici praebent, etiam Sext. Emp. Pyrrh. hyp. III, 32. adv. Log. I, 135. 369. II, 355. adv. Math. IX, 363. — Ibid. VII, 135. recte, quamquam tacite a *Tennemanno*, qui eundem locum, ipsa Democriti verba exhibentem, tractavit (Gesch. der Phil. I. p. 353. ed. n.) legitur: *ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν* pro vulg. *αἰτίῃ*, codicibus utrumque praebentibus. Scimus enim auctore Sexto (Pyrrh. hyp. I, 213), voce *ἐτεῇ* tanquam propria Democritum pro *re vera* usum fuisse: *ἐτεῇ μὲν γὰρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἀληθείᾳ.* Hinc eodem loco Sextus eodem fere vulgatae lectionis mendo liberari poterit: *τοίῃ μὲν νῦν οἷον ἕκαστόν ἐστιν, οὐκ ἔστιν, οὐ συνίεμεν, πολλαχῇ δεδήλωται*; postrema recte emendavit Fabricius *ἢ οὐκ ἔστιν, οὐ συνίεμεν, π. δ*; priora sic corrige: *ἐτεῇ μὲν νῦν, ὅτι, οἷον ἕκαστον κ. τ. λ.*

1) De sensu 69. *Ὅλως δὲ μέγιστον ἐναντίωμα καὶ κοινὸν ἐπὶ πάντων, ἅμα μὲν πάθη ποιεῖν τῆς αἰσθήσεως, ἅμα δὲ τοῖς σχήμασι διορίζειν.* Cf. de causis plantarum VI, 2. VI, 17.

materiae natura atomis constat. Singuli quidem singulorum hominum sensus *qua ratione* afficiantur, hoc totum variae eorum mutabilique διαθέσει obnoxium est. Atomis enim figura inter se diversis, ubi e. c. gustandi sensus materia quadam afficitur, cuius natura acutioribus atomis involvitur, hinc plerisque quidem austeritas quaedam asperitasque saporis efficietur, sed quae ab aliis etiam alia ratione percipi, nonnullis etiam quasi dulcedo quaedam videri possit. Nomina igitur casu nobis oblata, hominum sunt inventa, quorum praevalens sensuum similitudo, ut nomina quasi leges (νόμοι) fierent, effecit. Ipse igitur Democritus recte apud Theophrastum (de sensu 69.): *τὸ μὲν σχῆμα καθ' αὑτό ἐστι, τὸ δὲ γλυκὺ καὶ ὅλως τὸ αἰσθητὸν πρὸς ἄλλο καὶ ἐν ἄλλοις;* et Plutarchus (de primo frigido p. 948.), Democriti sententiam probe intelligens, Democritus, inquit, et Plato, caloris et gravitatis causas quaerentes, non acquieverunt in terra et igni tanquam principiis; sed iis, quae sensibus percipiuntur, ad mentis intelligentiam referendis, usque ad minima, quasi semina rerum, penetrarunt. Tota haec philosophandi ratio per se quidem ridicula videri potest, studium vero et constantia, quam ipse servabat, nec ignoranda nec contemnenda. Vel sectatores habuisse videtur (Theophr. Caus. plant. VI, 2. et alibi), quibus fortasse Metrodorus ille Chius adnumerandus est, de quo alio loco plura nobis reservavimus.

Tanquam epitomen huius doctrinae, quam sequentibus fragmentis utcunque explicatam expositamque habemus, legimus apud Theophr. de Caus. plant. VI, 6. *Δημόκριτος δὲ σχῆμα περιτιθεὶς ἑκάστῳ*[1]), *γλυκὺν μὲν τὸν στρογγύλον καὶ εὐμεγέθη*

---

1) Sed quo clarius haec saporum descriptio eluceat, apponamus locum e Theophr. Caus. plant. VI, 2. corruptissimum illum quidem, sed unde tantum coniectura assequi possimus, ipsam etiam figurarum *similitudinem* secundum variam materiae particularum copiam (quod nos dicere solemus, nach ihrer quantitativen Verschiedenheit) variis modis esse afficientem: *Ἄτοπον δὲ κἀκεῖνο τοῖς κατὰ* (quod vulg. omiss.) *τὰ σχήματα λέγουσιν, ἡ τῶν ὁμοίων διαφορὰ κατὰ μικρότητα καὶ μέγεθος εἰς τὸ μὴ τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν· οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς μορφῆς, ἀλλὰ τῶν ὄγκων* (*ex quantitate*) *ποιοῦσι τὰς* (*Schneid.* *ποιεῖ τάς;* utrumque vulg. omiss.) *δυνάμεις, οὓς εἰ μὲν κατὰ* (vulg. *ἅς ἴσμεν; Schneid.* *οὓς εἰς μὲν*) *τὸ διαβιάσασθαι* (?) *καὶ ἁπλῶς τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον* (Cod. Urb. *τὸ ἧττον* quod praeferam; supple e sequentibus *ἀπέδωκαν*), *καλῶς ἂν τοῦτο ἀπέδωκαν* (sive tale quid; vulg. *τάχ' ἄν τις ἀποδέδωκεν*)· *τὸ δὲ εἰς τὸ μὴ ταὐτὸ* (vulg. *εἰς δὲ τὸ μὴ αὐτὸ*) *δύνασθαι μηδὲ ποιεῖν* (sc. *ἀποδιδόναι*), *οὐκ εὔλογον· ἐπεὶ ἐν τοῖς σχήμασιν αἱ δυνάμεις.* Sensus igitur hic esse videtur: Absurde, qui saporum naturam figuris gigni putant, faciunt, quum quae alioquin similia sint, vi et effectu (*δυνάμει*) inter se differre putent, quo maiora minorave sint; neque enim figura (solum) sed quantitate (*diversum*) effectum fieri statuunt, quem si retulissent ad *plusve minusve* (non ad *diversum*) agendi potestatem, recte statuissent; natura autem diversum similium rerum effectum postulantes inepte faciunt; a figuris enim, quod et ipsi contendunt (sed ab his solis, quod negant) vis et effectus pendent.

ποιεῖ· στρυφνὸν δὲ τὸν μεγαλόσχημον, τραχύν τε καὶ πολυγώνιον καὶ ἀπεριφερῆ· ὀξὺν δὲ κατὰ τοὔνομα τὸν ὀξὺν τῷ ὄγκῳ καὶ γωνιοειδῆ καὶ καμπύλον καὶ λεπτὸν καὶ ἀπεριφερῆ· δριμὺν δὲ τὸν περιφερῆ καὶ λεπτὸν καὶ γωνιοειδῆ καὶ καμπύλον· ἁλμυρὸν δὲ τὸν γωνιοειδῆ καὶ εὐμεγέθη καὶ σκολιὸν καὶ ἰσοσκελῆ· πικρὸν δὲ τὸν περιφερῆ καὶ λεῖον, ἔχοντα σκολιότητα (leg. σκαληνότητα et vid. seqq.), μέγεθος δὲ μικρόν· λιπαρὸν δὲ τὸν λεπτὸν καὶ στρογγύλον καὶ μικρόν [1]). **Ad quae haec pertinent e fragmentis de sensu (65.):** τὸν μὲν οὖν ὀξὺν εἶναι τῷ ὄμματι [2]) γωνιοειδῆ τε καὶ πολυκαμπῆ καὶ μικρὸν καὶ λεπτόν· διὰ γὰρ τὴν δριμύτητα [3]) ταχὺ καὶ πάντη διαδύνεσθαι· τραχὺν δ᾽ὄντα καὶ γωνιοειδῆ συνάγειν καὶ συσπᾶν· διὸ καὶ θερμαίνειν τὸ σῶμα, κενότητας ἐμποιοῦντα· μάλιστα γὰρ θερμαίνεσθαι τὸ πλεῖστον ἔχον κενόν.

Τὸν δὲ γλυκὺν ἐκ περιφερῶν συγκεῖσθαι σχημάτων, οὐκ ἄγαν μικρῶν· διὸ καὶ διαχεῖν (?) ὅλως (fort. οὐχ ὅλως) τὸ ὄμμα (leg. σῶμα) καὶ οὐ βιαίως καὶ οὐ ταχὺ πάντα

1) Octo plerumque saporum genera apud veteres tradita inveniuntur. Est enim, Plutarcho auctore (Quaest. natural. p. 616.) sapor vel ἁλμυρός, vel πικρός, vel ὀξύς (sive ὀξίνης), vel οἰνώδης, vel λιπαρός, vel στρυφνός (sive αὐστηρός), vel γλυκύς, vel δριμύς. Theophrastus autem (caus. plant. VI, 4.), dum septem genera vulgo putari vult aut octo, si *salsus*, quod interdum fiat, ab *amaro* diversus ponatur, τὸν αὐστηρόν et στρυφνόν seiungit, eique numero a quibusdam nonum adiici ait τὸν οἰνώδη, qui et fructibus nonnullis insit et vero eiusmodi aquae e terra nonnunquam scatenti.

2) Nihil inepto hoc ὄμματι aptius coniecerunt alii σώματι; magis ad sensum congruum, quod *Coray*, probante *Schneidero*, proposuit τῷ σχήματι; sed multo faciliorem emendationem hosce latere potuisse viros miror, τῷ ὀνόματι, quod non solum sensu probari sed etiam illis Theophrasti verbis (e loco supra allato, Caus. plant. VI, 6.): ὀξὺν δὲ κατὰ τοὔνομα τὸν ὀξὺν κ. τ. λ. flagitari videtur. *Acuti saporis*, inquit, *figuram solo nomine cognoscimus, quod in aliis minus facile licet.* Nota ceterum haec est verborum ὄμμα et ὄνομα in codd. permutatio; exempla dabit Valcken. ad Eur. Phoen. 415.

3) Δριμύτητος nulla adhuc mentio facta erat, nec etiamsi facta esset, quidquam hoc faceret ad explicandum acutum saporem, cuius descriptionem Democritum e sola figura duxisse intelligitur. Haec *Schneiderum* compulerunt, ut pro δριμύτητα legi vellet λεπτότητα vel λεπτότητα καὶ σμικρότητα, audaciore, si quid video, quam opus erat, mutatione. Nam si, quod verba γωνιοειδῆ τε καὶ πολυκαμπῆ καὶ μικρὸν καὶ λεπτὸν indicant, de angulis admodum acutis hoc loco cogitandum est, notionum quandam permutationem vox δριμύτης efficit, quam ne a nostrae quidem linguae indole et ingenio abhorrere scimus, figurae scilicet, cui hoc datur, ut celeriter penetrare possit, sensusque eius, qui simulac materia illa acuta gustatui occurrerit, continuo subsequitur; saporem autem acutum, vel austerum, vel dulcem esse, re vera tum demum intelligere possumus, postquam gustandi sensus hoc vel illo modo affectus est. Δριμύτης igitur, acrimonia proprie, h. l. forma angulorum acuta est, quae illam efficit. Conferantur denique Homeri δριμέα βέλεα, quibus a forma praeacuta idem epitheton tribuitur, quod sensus proprium est, quem acriter penetrando et in corpus invadendo efficiunt.

*περαίνειν * τοὺς δ'ἄλλους ταράττειν, ὅτι διαδύνων πλανᾷ τὰ ἄλλα καὶ ὑγραίνει· ὑγραινόμενα δὲ καὶ ἐκ τῆς τάξεως κινούμενα συῤῥεῖν εἰς τὴν κοιλίαν· ταύτην γὰρ εὐπορώτατον εἶναι· διὰ τοῦτο πλεῖστον εἶναι κενόν.*

Haec foedissime corrupta sunt, ut *Schneidero*, de sensu huius loci prorsus desperanti, non multum refrager. Nam quae tunc, quum haec e Theophrasto mihi exscripsi, in mentem venerunt, nunc video minus firmis rationibus niti, quam ut repetam.

Τὸν δὲ στρυφνὸν ἐκ μεγάλων σχημάτων καὶ πολυγωνίων καὶ περιφερὲς ἥκιστ' ἐχόντων· ταῦτα γὰρ ὅταν εἰς τὰ σώματα ἔλθῃ, ἐπιτυφλούμενα [1]) *ἐμπλάττειν τε τὰ φλέβια καὶ κωλύειν συῤῥεῖν· διὸ καὶ τὰς κοιλίας ἱστάναι.*

Τὸν δὲ πικρὸν ἐκ μικρῶν καὶ λείων καὶ περιφερῶν· ἀλλ' ἐπ' ενέων [2]) *μὲν σκαληνῶν· διὸ οὐδὲ πολυκαμπῶν. Βούλεται δὲ σκαληνὰ λέγειν, ἅπερ παράλλαξιν ἔχει πρὸς ἄλληλα καὶ συμπλοκήν* [3]). *Μεγάλων μὲν, ὅτι ἡ ἁλμυρὶς ἐπιπολάζει· μικρὰ γὰρ ὄντα καὶ τυπτόμενα τοῖς περιέχουσι μίγνυται ἐν τῷ παντί· οὐ περιφερῶν δέ, ὅτι τὸ μὲν ἁλμυρὸν τραχύ, τὸ δὲ περιφερὲς λεῖον· οὐ σκαληνόν, τῷ μὴ περιπλάττεσθαι· διὸ ψαφαρὸν εἶναι.*

Haec postrema, inde a *Μεγάλων μὲν*, si explicationis loco iis adiungenda sint, quae praecedunt, contraria potius esse, vix opus erat plena *Schneideri* demonstratione, qui si docuisset, unde tanta illa corruptio in textum irrepsisset, aliquanto plus quam meris aliquot verborum emendationibus, quibus hic ne locus quidem est, profecisset. Has igitur mittamus. Nimirum haud quaquam difficile erat, videre, inde a verbis *μεγάλων μὲν* plane diversorum ab amaro sapore generum enarrari naturam, quorum nomina cum brevi atomorum, quibus constant sapores, descriptione nescio quo exciderunt casu. Desunt enim e septem illis Democriti saporibus (quorum quatuor, acutum, dulcem, austerum, amarum Theophrastus iam descripsit, quintum, acrem (*τὸν δριμὺν*) mox descriptum habebimus) duo, iique, si breviorem illam, quam e Theophrasti Caus. plant. VI, 6. attulimus, epitomen adimus, *salsus*

---

1) Cod. Voss. *ἐμπλάττοντα*. Codd. Pariss: (ut videtur; v. *Schneid.* Tom. V. p. 143. extr.) *ἐπιτυφλοῦν ἐμπλάττειν*. Inde corrige: *ἐπιτυφλοῦν ἐμπλάττοντα*. Venae *ἐπιτυφλοῦσθαι* autem eodem fortasse modo h. l. dicuntur, quo apud Aristot. Problem. 9, 13. *οἱ πόροι ἐπιτυφλοῦνται*, sensumque hunc esse puto: hae figurae quum corpus invadunt, obstruunt (oblinunt) quodammodo teneras venulas et sanguinis obstant communicationi, h. e. adstringunt; eadem de causa etiam *τὰς κοιλίας ἵστασι*, h. e. ni fallor, alvum adstringunt; apud Hippocratem certe *ἡ κοιλία* est *alvus soluta*, quod *Schneideri* Additam. ad Lex. gr. me docuerunt.

2) leg. *ἐξ ἐνίων*; paullo infra cur *Schneid.* *πολυκάμπτων* maluerit quam *πολυκαμπῶν*, quum utrumque usu probetur, nescio.

3) Haec me moverunt ut supra in Theophr. Caus. plant. VI, 6. ubi sapor amarus describitur, legendum esse censerem *ἔχοντα σκαληνότητα* pro *ἔχ. σκολιότητα*.

et *pinguis*. Videamus igitur, si forte, quibus amarus sapor explicari non poterat, his salsum et pinguem describere totumque locum ita restituere possimus, ut septem illorum saporum deinceps omnium ordo plenus nobis et integer sit. Theophrastus enim (l. c. Caus. pl.) *ἁλμυρὸν δὲ* (*λέγει ὁ Δημ.*) inquit, *τὸν γωνιοειδῆ καὶ εὐμεγέθη καὶ σκολιὸν καὶ ἰσοσκελῆ — λιπαρὸν δὲ τὸν λεπτὸν καὶ στρογγύλον καὶ μικρόν· salsum esse angulosum satisque magnis atomis constantem*; haec vide quam apte his textus verbis explicentur: *οὐ περιφερῶν δὲ* (h. e. *γωνιοειδῶν*), *ὅτι τὸ μὲν ἁλμυρὸν τραχύ, τὸ δὲ περιφερὲς λεῖον* et *μεγάλων μὲν* (h. e. *εὐμεγεθῶν*), *ὅτι ἡ ἁλμυρὶς ἐπιπολάζει*. Descriptio *τοῦ σκολιοῦ* et *ἰσοσκελοῦς* excidit. *Pinguem* porro, quem rotundum et parvum descripserat, haec involvunt: *οὐ σκαληνὸν* (h. e. *λεπτὸν καὶ στρογγύλον*) *τῷ μὴ περιπλάττεσθαι* (?) et *μικρὰ γὰρ ὄντα κ. τ. λ.* Lacunas igitur illas, quae textum deformarunt, si non genuinis verbis explere licet, sensum tamen in integrum restituere possumus, dummodo Theophrasti epitomen illam tanquam normam sequamur. Post vocem *συμπλοκήν* enim sic excipienda interrupta oratio: *Τὸν δὲ ἁλμυρὸν ἐκ μεγάλων καὶ οὐ περιφερῶν καὶ σκολιῶν καὶ ἰσοσκελῶν*[1]). *μεγάλων μέν, ὅτι ἡ ἁλμυρὶς ἐπιπολάζει*[2]), *οὐ περιφερῶν δέ, ὅτι τὸ μὲν ἁλμυρὸν τραχύ, τὸ δὲ περιφερὲς λεῖον· * * * τὸν δὲ λιπαρὸν ἐκ μικρῶν καὶ λεπτῶν καὶ οὐ σκαληνῶν· μικρὰ γὰρ ὄντα καὶ συναπτόμενα* (sic lege pro *τυπτόμενα*) *τοῖς περιέχουσι μίγνυται οὐ πάνυ* (pro *ἐν τῷ παντί* quod sensu caret), *οὐ σκαληνῶν δὲ* (pro *οὐ σκαληνόν*) *τῷ μὴ περιπλάττεσθαι*[3]). *διὸ ψαφαρὸν εἶναι.*

Aliquantulum etiam emendationi nostrae praeterquam quod sensu abunde probari videtur, opitulantur Codd. Paris. et Flor. (apud *Schneid.* Tom. V. p. 144.) qui post *περιφερῶν*, quamquam ne haec quidem sine corruptione, inserunt: *τὴν περιφέρειαν εἰληκότα καὶ* (leg. *καίπερ*) *καμπὰς ἔχουσαν· διὸ καὶ γλίσχρων* (leg. *γλίσχρον*) *εἶναι καὶ κολλώδη· ἁλμυρὸν δὲ τῷ* (leg. *τὸν*) *ἐκ μεγάλων καὶ οὐ περιφερῶν.* Priora quidem ad pinguem saporem pertinentia parum aberat, quin in textum recipienda censerem.

Restat igitur *ὁ δριμὺς χυλός*, quem ita Democritum descripsisse Theophrastus ait: *τὸν δε δριμὺν μικρὸν καὶ περιφερῆ, γωνιοειδῆ, σκαληνὸν δὲ οὐκ ἔχειν· τὸν μὲν γὰρ δριμὺν πολυγώνιον ποιεῖν τῇ τραχύτητι. θερμαίνειν καὶ διαχεῖν διὰ τὸ μικρὸν εἶναι καὶ περιφερῆ καὶ γωνιοειδῆ. καὶ γὰρ τὸ γωνιοειδὲς εἶναι τοιοῦτον.* Sed haec descriptio, supra modum corrupta, re vera insanabilis esse videtur; qua enim ratione *τὸ πολυ-*

---

1) Haec tamquam *λῆμμα* sunt.

2) *innatat stomacho, ructum movet.* Theophr. Caus. plant. VI., 10. *φαίνεται δ' ἡ ἅλμη καὶ ὅλως ἐπιπολάζειν.*

3) Viderint de hoc verbo me acutiores. De voce *ψαφαρὸς* v. Schneid. Lex. gr.

γώνιον et cetera ad *δριμὺ* congruant, equidem nescio. Fortasse quum, qui quidem nunc noti sunt codices, *ὁ χυλὸς δριμὺς* postremum inter ceteros locum obtineat, quem supra (Caus. plant. VI.) statim post saporem acutum (*ὀξὺν*) positum vidimus, plura, quod haud raro per totam corruptionum harum farraginem factum, negligentissime exscripta, transposita sunt suumque in locum post ultima descriptionis *τοῦ ὀξέος χυλοῦ* verba restituenda. Quae enim inde a verbis *τὸν μὲν γὰρ δριμὺν* omnis sensus hoc loco expertia sunt, haec ipsa ab iis non valde abhorrent, quae supra ad accuratiorem acuti saporis definitionem dicta erant.

Totam autem rem sic fere conclusisse videtur Democritus (secundum Theophr. 67.): *Ἁπάντων δὲ τῶν σχημάτων οὐδὲν ἀκέραιον εἶναι καὶ ἀμιγὲς τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ πολλοὺς εἶναι καὶ τὸν αὐτὸν ἔχειν λείου καὶ τραχέος καὶ περιφεροῦς καὶ ὀξέος καὶ τῶν λοιπῶν· ὃ δ'ἂν ἐνῇ πλεῖστον, τοῦτο μάλιστα ἐνισχύειν πρός τε τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν δύναμιν. Ἔτι δὲ εἰς ὁποίαν ἕξιν ἂν εἰσέλθῃ, διαφέρειν γὰρ*[1]) *οὐκ ὀλίγον· καὶ διὰ τοῦτο τὸ αὐτὸ τἀναντία καὶ τἀναντία τὸ αὐτὸ πάθος ποιεῖν ἐνίοτε.*

Levitatem huius opionionis confutat Theophrastus de caus. plant. VI, 7.

§. 7. De coloribus.

Ne coloribus quidem naturam per se tribuebat Democritus; elementa enim qualitate carere aiebat, corpora autem ex iis composita qualitatibus instructa esse, adeoque colorem quoque habere; *τὰ δ'ἐξ αὐτῶν συγκρίματα κεχρῶσθαι διαταγῇ* (ordine), *καὶ ῥυθμῷ* (figura) *καὶ προτροπῇ* (situ), ut est apud Stobaeum Ecl. phys. I, 17. p. 364. (Heer.), cui add. Arist. de gen. et corr. I, 2. *διὸ μᾶλλον εὔλογον, σώματα εἶναι ἀδιαίρετα — ὅπερ ποιεῖ Δημόκριτος· διὸ καὶ χροιὴν οὔ φησιν εἶναι, τροπῇ γὰρ χρωματίζεσθαι.*

Theophr. 73. *Τῶν δὲ χρωμάτων ἁπλᾶ μὲν λέγει τέτταρα*[2]). *λευκὸν μὲν οὖν εἶναι τὸ λεῖον· ὃ γὰρ ἂν μὴ τραχὺ μηδ' ἐπισκιάζῃ μηδὲ δυςδίοδόν τι* (leg. *ῇ* pro *τι*, quod e compendio scripturae natum), *τοιοῦτον πᾶν λαμπρὸν εἶναι· ὅθεν καὶ εὐρύτρυπα*[3]) *καὶ*

---

1) *γὰρ* recte delendum censet *Schneid.*

2) Errat sine dubio, quod recte vidit *Schneid.* Stobaeus, dum Ecl. phys. l. c. *Empedocli* quattuor simplices colores tribuit. Theophrastus certe (c. 79.): *πρῶτον μὲν οὖν*, inquit, *τὸ πλείους ἀποδοῦναι τὰς ἀρχάς* (leg. *χρόας*), *ἔχει τινὰ ἀπορίαν· οἱ γὰρ ἄλλοι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν ὡς τούτων ἁπλῶν ὄντων μόνον* (leg. *μόνων*). Stobaei igitur verba: *τέτταρα τοῖς στοιχείοις ἰσάριθμα χρώματα, λευκὸν, μέλαν, ἐρυθρόν, ὠχρὸν* Democriti, non Empedoclis sententiae imputanda videntur, modo ne *ὠχρὸν* sed *χλωρόν*, quod sequentia docebunt, legas. Eandem corruptionem iterum offendimus apud eundem Stobaeum Ecl. phys. I, 19. — *τούτων δὲ πρὸς τὴν φαντασίαν χρωμάτων τέτταρες αἱ διαφοραί· λευκοῦ, μέλανος, ἐρυθροῦ, ὠχροῦ* (leg. *χλωροῦ*).

5) Cum *Schneid.* ut fere sequentia evincunt, *εὐθύτρυπα* legendum puto, *rectis meatibus pervia.*

διαυγῆ τὰ λαμπρὰ εἶναι· τὰ μὲν οὖν σκληρὰ τῶν λευκῶν ἐκ τοιούτων σχημάτων συγκεῖσθαι, οἷον ἡ ἐντὸς πλὰξ τῶν κογχυλίων· οὕτω γὰρ ἀνάσκια[1]) καὶ ἐναυγῆ καὶ εὐθύπορα εἶναι, τὰ δὲ ψαθυρὰ καὶ εὔθρυπτα ἐκ περιφερῶν μὲν, λοξῶν δὲ τῇ θέσει πρὸς ἄλληλα[2]). καὶ τὰς δύο συζεύξεις, τὴν τ' ὅλην τάξιν ἔχειν ὅτι μάλιστα ὁμοίαν. Τοιούτων δ'ὄντων, ψαθυρὰ μὲν εἶναι, διότι κατὰ μικρὸν ἡ σύναψις· εὔθρυπτα δέ, ὅτι ὁμοίως κεῖνται, [ἄσκια δέ, διότι λεῖα καὶ πλατέα]· λευκότερα δ'ἀλλήλοις[3]), τῷ τὰ σχήματα τὰ εἰρημένα καὶ ἀκριβέστερα καὶ ἀμιγέστερα εἶναι καὶ τὴν τάξιν καὶ τὴν θέσιν ἔχειν μᾶλλον τὴν εἰρημένην.

Theophr. 74. Τὸ μὲν οὖν λευκὸν ἐκ τοιούτων εἶναι σχημάτων· τὸ δὲ μέλαν ἐκ τῶν ἐναντίων, ἐκ τραχέων καὶ σκαληνῶν καὶ ἀνομοίων· οὕτω γὰρ ἂν σκιάζειν καὶ οὐκ εὐθεῖς εἶναι τοὺς πόρους· ἔτι δὲ τὰς ἀποῤῥοίας νωθεῖς καὶ ταραχώδεις· διαφέρειν γάρ τι καὶ τὴν ἀποῤῥοήν, τῷ ποιὰν εἶναι πρὸς τὴν φαντασίαν, ἣν γίγνεσθαι διὰ τὴν ἐναπόληψιν τοῦ ἀέρος ἀλλοίαν.

75. Ἐρυθρὸν δ'ἐξ οἵωνπερ τὸ θερμόν, πλὴν ἐκ μειζόνων· ἐὰν γὰρ αἱ συγκρίσεις ὦσι μείζους (?), ὁμοίων ὄντων τῶν σχημάτων, μᾶλλον ἐρυθρὸν εἶναι[4])· σημεῖον δ', ὅτι ἐκ τοιούτων τὸ ἐρυθρόν, ἡμᾶς τε γὰρ θερμαινομένους ἐρυθραίνεσθαι καὶ τὰ ἄλλα τὰ πυρούμενα, μέχρις ἂν οὗ ἔχῃ τὸ τοῦ πυροειδοῦς. [Ἐρυθρότερα δὲ τὰ ἐκ μεγάλων ὄντα σχημάτων οἷον τὴν φλόγα καὶ τὸν ἄνθρακα τῶν χλωρῶν ξύλων ἢ τῶν αὔων, καὶ τὸν σίδηρον καὶ τὰ ἄλλα τὰ πυρούμενα· λαμπρότατα μὲν γὰρ εἶναι τὰ πλεῖστον ἔχοντα καὶ λεπτότατον πῦρ, ἐρυθρότερα δὲ τὰ παχύτερον καὶ ἔλαττον. Διὸ καὶ ἧττον εἶναι θερμὰ τὰ ἐρυθρότερα· θερμὸν μὲν γὰρ τὸ λεπτόν?] **Sed haec quomodo intelligenda sint, non video; nec priora, quae intelligi possunt,** ἐρυθρότερα κ.τ.λ. **respondent iis, quae**

---

1) *Schneid.* ἄσκια; lege, ne una quidem littera mutata, ἂν ἄσκια; cf. c. 74. de *nigro* colore, οὕτω γὰρ ἂν σκιάζειν.

2) Huc fortasse pertinent, quae c. 79. quamvis corrupte leguntur: ἐνδέχεται γὰρ καὶ τὰ περιφερῆ καὶ ἁπλῶς πάντα ἐπισκιάζειν ἑαυτοῖς. σημεῖον δέ, καὶ γὰρ αὐτὸς ταύτην φέρει τὴν πίστιν, ὅσα τῶν λείων (leg. λευκῶν) μέλανα φαίνεται. Διὰ γὰρ τὴν σύμφυσιν καὶ τὴν τάξιν, ὡς τὴν αὐτὴν ἔχοντα τῷ μέλανα, φαίνεσθαι τοιαῦτα. καὶ πάλιν ὅσα λευκὰ τῶν τραχέων (leg. ὅσα τῶν λευκῶν τραχέα), ἐκ μεγάλων γὰρ εἶναι ταῦτα καὶ τὰς συνδέσεις οὐ περιφερεῖς, ἀλλὰ προκρόσσας· καὶ τῶν σχημάτων τὰς μορφὰς μιγνυμένας ὥσπερ ἡ ἀνάβασις καὶ τὰ πρὸ τῶν τειχῶν ἔχει σώματα· τοιοῦτον γὰρ ὄν, ἄσκιον εἶναι καὶ οὐ κωλύεσθαι τοῦ λαμπροῦ.

3) Haec inde a verbo ἄσκια huc non pertinent, sed ad praecedentia σκληρὰ τῶν λευκῶν, ad quae fortasse a librario quodam adscripta erant; hoc certe loco sine dubio expungenda sunt. In iis, quae proxime sequuntur, legerim πρὸς ἄλληλα, quod vult etiam *Schneid.* qui tamen haec verba hoc loco mota, post τὴν θέσιν posuit.

4) Nusquam, quod sciam, calidi accuratior illa descriptio reperitur, quamquam propositam fuisse a Democrito constat. Vide infra §. 9.

infra §. 9. e Senecae quaestionibus referemus, quibusque non est cur fidem non habeamus.

*Τὸ δὲ χλωρὸν ἐκ τοῦ στερεοῦ καὶ τοῦ κενοῦ συνεστάναι * * * μεγάλων ἐξ ἀμφοῖν τῇ θέσει καὶ τῇ τάξει αὐτῶν τὴν χρόαν* [1]).

76. *Τὰ μὲν οὖν ἁπλᾶ χρώματα τούτοις κεχρῆσθαι τοῖς σχήμασιν· ἕκαστον δὲ καθαρώτερον, ὅσῳ ἂν ἐξ ἀμιγεστέρων ᾖ. Τὰ δὲ ἄλλα κατὰ τὴν τούτων μίξιν· οἷον τὸ μὲν χρυσοειδὲς καὶ τὰ τοῦ χαλκοῦ καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἐκ τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ ἐρυθροῦ· τὸ μὲν γὰρ λαμπρὸν ἔχειν ἐκ τοῦ λευκοῦ, τὸ δὲ ὑπέρυθρον ἀπὸ τοῦ θερμοῦ* (**leg.** *ἐρυθροῦ*)· *πίπτειν γὰρ εἰς τὰ κενὰ τοῦ λευκοῦ τῇ μίξει τὸ ἐρυθρόν· ἐὰν δὲ προστεθῇ τούτοις τὸ χλωρόν, γίγνεσθαι τὸ κάλλιστον χρῶμα· δεῖν δὲ μικρὰς τοῦ χλωροῦ τὰς συγκρίσεις εἶναι· μεγάλας γὰρ οὐχ οἷόν τε, συγκειμένων οὕτω τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ ἐρυθροῦ· διαφόρους δ'ἔσεσθαι τὰς χρόας, τῷ πλέον καὶ ἔλαττον λαμβάνειν.*

77. *Τὸ δὲ πορφυροῦν ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος καὶ ἐρυθροῦ, πλείστην μὲν μοῖραν ἔχοντος τοῦ ἐρυθροῦ, μικρὰν δὲ τοῦ μέλανος, μέσην δὲ τοῦ λευκοῦ· διὸ καὶ ἡδὺ φαίνεσθαι πρὸς τὴν αἴσθησιν. Ὅτι μὲν οὖν τὸ μέλαν καὶ τὸ ἐρυθρὸν αὐτῷ ἐνυπάρχει, φανερὸν εἶναι τῇ ὄψει· διότι δὲ τὸ λευκόν, τὸ λαμπρὸν καὶ διαυγὲς σημαίνειν· ταῦτα γὰρ ποιεῖν τὸ λευκόν. Τὴν δ'ἴσατιν* [2]) *ἐκ μέλανος σφόδρα καὶ χλωροῦ· πλείω δὲ μοῖραν ἔχειν τοῦ μέλανος. Τὸ δὲ πράσινον ἐκ πορφυροῦ καὶ τῆς ἰσάτιδος, ἢ ἐκ χλωροῦ καὶ πορφυροειδοῦς * * τὸ γὰρ θεῖον εἶναι τοιοῦτον καὶ μετέχειν τοῦ λαμπροῦ* [3]). *Τὸ δὲ κυανοῦν ἐξ ἰσάτιδος καὶ πυρώδους, σχημάτων δὲ περιφερῶν καὶ βελονοειδῶν, ὅπως τὸ στίλβον τῷ μέλανι ἐνῇ.*

78. *Τὸ δὲ καρύϊνον ἐκ χλωροῦ καὶ κυανοειδοῦς * * ἐὰν δὲ χλωρὸν μιχθῇ* [4]) *φλογοειδὲς γίγνεσθαι· τὸ γὰρ ἄσκιον καὶ μελανόχρων ἐξείργεσθαι· σχέδον δὲ καὶ τὸ ἐρυθρὸν τῷ λευκῷ μιχθὲν χλωρὸν* (**leg.** *τὸ χλ.*) *ποιεῖν εὐαγές καὶ οὐ μέλαν* [5]); *διὸ καὶ τὰ φυόμενα χλωρὰ τὸ πρῶτον εἶναι πρὸ τοῦ θερμανθῆναι καὶ διαχεῖσθαι* [6]).

---

1) Lacunae saltem signum posui. *Schneid.* quidem: *συνεστάναι· ἐκ μεγάλων δ'ἀμφοῖν* legi vult; seu nec hac ratione *αὐτῶν* sensum praebet, nec minus explicationis huius brevitate evincitur, plura excidisse, quae sine codicum auxilio expleri nequeunt. Colligere tamen licet e Theophr. 82. figuram huic colori nullam tribuisse Democritum.

2) *Isatin tinctoriam* Linn. (*Waid*). Coloris inde parati primus igitur inter veteres Democritus mentionem iniecisse videtur. Cf. de colore Dioscorid. 2, 215, 216. Plin. h. n. XX, 7.

3) Haec ad antecedentia non congruunt; signo igitur monui, excidisse nonnulla.

4) Aliquanto plura hic desunt, quam *Schneid.* opinatur, voculam *πλέον* inserens.

5) h. e. non reddit faciem obscuram, maculosam, sed claram. Fortasse huc pertinet Hesychii glossa: *εὐαγές· εὔοπτον.*

6) Fort. leg. *διαφαίνεσθαι.* V. de simili re Odyss. *ι.* 378.
ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ὁ μοχλὸς ἐλάϊνος ἐν πυρὶ μέλλεν
ἅψεσθαι, χλωρός περ ἐών, διεφαίνετο δ'αἰνῶς, κ.τ.λ.

Pergit Theophrastus: *καὶ πλήθει μὲν τοσοῦτον* (*Schneid.* *τοσούτων*) *ἐπιμέμικται χρωμάτων, ἄπειρα δ'εἶναι καὶ* (fort. *ὥσπερ καὶ*) *τοὺς χυλούς, κατὰ τὰς μίξεις, ἐάν τις τὰ μὲν ἀφαιρῇ, τὰ δὲ προστιθῇ καὶ τῶν μὲν ἔλαττον μίσγῃ, τῶν δὲ πλέον· οὐθὲν γὰρ ὅμοιον ἔσεσθαι θάτερον θατέρου* (leg. *θατέρῳ*).

§. 8. De odore.

Theophr. 82. *Περὶ δὲ ὀσμῆς προςαφορίζει, εἴρηκέ γε, πλὴν τοσοῦτον, ὅτι τὸ λεπτὸν ἀποῤῥέον ἀπὸ τῶν βαρέων ποιεῖ τὴν ὀδμήν· ποῖον δέ τι τὴν φύσιν ὂν ὑπὸ τίνος πάσχει, οὐκέτι προςέθηκεν· ὅπερ ἴσως ἦν κυριώτατον.*

In his igitur non eandem atque in ceteris diligentiam Democritus adhibuerat, quum nimias sine dubio offenderet difficultates. — Post *προςαφορίζει* **deesse nonnulla verba, fortasse** *ἀλλὰ περὶ τούτων μὲν οὐχ ὥσπερ περὶ τῶν ἄλλων*, **vel certe his similia, et sequentibus verbis intelligitur (quae sic poni velim:** *πλὴν τοσοῦτόν γε εἴρηκεν, ὅτι*) **et alio quodam apud Theophrastum loco** [1]): *τί δή ποτε Δημόκριτος τοὺς μὲν χυλοὺς πρὸς τὴν γεῦσιν ἀποδίδωσι, τὰς δ'ὀσμὰς καὶ τὰς χρόας οὐχ ὁμοίως πρὸς ὑποκειμένας αἰσθήσεις; ἔδει γὰρ ἐκ τῶν σχημάτων.* **Sed eiusmodi quaestiones veterum physiologorum plurimos silentio praeteriisse scimus. V. Theophr. in seqq.**

Ad eundem Democritum non dubito, quin pertineant, quae, quamquam omisso nomine, ap. Theophr. de caus. plant. VI, 5. leguntur:

Ὃ δ'ἂν τῳ [2]) *δόξειεν ἄτοπον εἶναι, τὸ τἄλλα ζῶα σαφεστέραν ἔχοντα* (sc. *ἡμῶν ὀσφρήσιν*), *μηδ' αἰσθάνεσθαι μηδὲ κρίνειν τὰς εὐωδίας, οὐκ ἔστιν ἄτοπον. Τάχα μὲν γὰρ καὶ αἰσθάνονται, πρὸς δὲ τὴν φύσιν αὐτῶν οὐχ ἁρμόττουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐναντίαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν γυπῶν ἐλέχθη, καὶ ὡς τὰ ἔντομα πάντα ὑπὸ τοῦ ἐλαίου βαρύνεται* [3]), *φεύγει γὰρ αὐτὰ τὴν* (fort. *ταύτην τὴν*) *ὀσμήν* [4])*· ἕτερα δ'ὑφ' ἑτέρας τινὸς ἴσως. Ἄλογον δ'ἐνταῦθα δόξειεν ἂν συμβαίνειν πρὸς ἐκείνην τὴν ὑπόθεσιν, ὅτι ὁ λιπαρὸς εἶδος τοῦ γλυκέος χυμοῦ* [5])*· ἔνια δὲ προςφιλέστατα τῷ γλυκεῖ* [6]), *καθάπερ οἱ κνῖπες· οὐδὲν γὰρ τῶν οἰκείων φθαρτικόν, εἰ μὴ ταῖς ὑπερβολαῖς. Ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν αἰτίαν ἐν τῇ*

---

1) De odoribus c. 64.

2) Sic scripsi e Cod. Urb. pro vulg. *ὃ δ' αὖ τῷ.*

3) Constat, respirationem oleo impediri, obstructis insectorum spiraculis lateralibus. *Schneid.*

4) Vide Aristot. hist. anim. VIII, 26.

5) Supra enim vidimus, pinguem saporem iisdem atque dulcem figuris describi, sola inter se magnitudine diversis. Textus tamen h. l. corruptus est; fortasse *ἔχει* omissum. Lectionis varietas nihil certi praebet.

6) Omnino veterum physiologorum sententia dulce *τὸ φυσικὸν* erat, alimentorum omnium principium. Ita Democrito et Aristotele auctoribus pisces dulci aqua, quae in ipso littore maris colligitur, vivere dicuntur. Cf. etiam Theophr. de caus. plant. VI, 10.

δριμύτητι ληπτέον, ὥσπερ καὶ τῆς ὀριγάνου καὶ τῶν τοιούτων· ἅπαντα γὰρ φεύγει· τὸ δὲ μὴ αἰσθάνεσθαι, καθάπερ λέγουσι, οὐ σαφὲς ἡμῖν· εἰ μὴ ἄρα καὶ τοὺς πόρους ἐνταῦθα ἄν τις αἰτιάσαιτο, καθάπερ ἔνιοι τῶν φυσικῶν, τῷ μὴ ἁρμόττειν. Διὸ καὶ διαιροῦσι τοῖς μεγέθεσι, τὰ μὲν μικρὰ φάσκοντες τῶν τοιῶνδε αἰσθάνεσθαι, τὰ δὲ μείζω τῶν τοιῶνδε μᾶλλον.

§. 9. De colore.

Copiosior quidem ratio, quomodo haec *calidi* notio definienda sit et ex atomis deducenda, tota interiit; tantum nobis relictum est, ut, quod iam supra vidimus (c. 75.), calidum iisdem atque rubrum colorem constare atomis, intelligere possimus (*ἐρυθρὸν δ'ἐξ οἵωνπερ τὸ θερμὸν πλὴν ἐκ μειζόνων*), h. e. e rotundis. Cf. Aristot. de gener. et corrupt. I, 8. *καίτοι γε τοῦτο ἄτοπον, τὸ μόνον ἀποδοῦναι τῷ περιφερεῖ σχήματι τὸ θερμόν;* de coel. III, 4. *τῷ πυρὶ τὴν σφαῖραν ἀπέδωκεν;* de anima I, 2. *τὰ σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει*, ubi etiam causa, cur rotundis potissimum niti calorem atomis voluerit, affertur, quia, quae inde sequatur summa mobilitas, omnino calescendi conditio sit.

His non ineptum addere videtur Senecam natur. quaest. IV, 9: „Accedit his ratio Democriti: omne corpus, quo solidius est, hoc calorem citius concipit et diutius servat. Itaque si in sole posueris aeneum vas et vitreum et argenteum, aeneo citius calor accedet, diutius haerebit. Adiicit deinde, quare hoc existimet fieri. His, inquit, corporibus, quae duriora et pressiora densioraque sunt, necesse est minora foramina[1]) esse et tenuiorem in singulis spiritum. Sequitur, ut quemadmodum minora balnearia et minora miliaria citius calefiunt[2]), sic haec foramina occulta et oculos effugientia et celerius fervorem sentiant et propter easdem angustias, quidquid receperunt, tardius reddant."

---

1) Hi sunt Democriti noti illi *πόροι*.

2) spiritus enim calorifici in angusto magis compressi, acrius urunt, quos laxitas et amplitudo loci discingit. — *Miliaria* hic lebetes alti et angusti sunt, ut ex Palladio April. VIII, 7. discimus. *Intpp.*

Appendices.

I. Interpretatio.

Hisce non sine multo negotio absolutis, cupiat aliquis, ut quae pauca corruptissimis his fragmentis sana insunt, quaeque fortasse hic illic criticis philosophicisque legibus eruisse et restituisse mihi videar, haec in uno quasi conspectu collocata, iis, qui his studiis delectantur, proponam. Quibus dum feci ut morigerarer (patrio mihi tamen sermone sumpto), quum tam multa essent, quae luce etiam nunc egerent, ea tantummodo reddere volui, quae vel per se clara vel mea qualicunque opella in aliqua certe luce posita esse videbantur.

§. 1. Democritus scheint keine bestimmte Erklärung abgegeben zu haben, ob nach seiner Ansicht das sinnlich Wahrnehmbare auf einem Analogon in dem afficirten Sinnesorgane beruhe, oder nicht. Denn indem er durch die Wahrnehmung, wie frühere Philosophen und Dichter, eine Veränderung des körperlichen oder geistigen Verhaltens entstehen lässt, scheint es, als gründe er das Wahrnehmbare auf etwas nicht analoges, da ja Ähnliches durch Ähnliches keine Veränderung erleiden kann; auf der andern Seite aber behauptet er wieder, auch Unähnliches könne durch Unähnliches keine Veränderung erleiden, sondern, wenn unähnliche Dinge auf einander Wirkung äusserten, so geschehe dies nicht, in so fern sie unähnlich sein, sondern in so fern sie unter einander etwas ähnliches haben.

§. 2. Den Sinn des **Gesichts** erklärt er folgendermassen. Das Bild des erblickten Gegenstandes entsteht nicht urplötzlich in der Pupille, sondern die zwischen dem Auge und dem Gegenstande befindliche Luft bildet sich von dem letzteren, vermöge der fortwährenden Ausflüsse aus allen Körpern, selbst erst ab, wird gewissermassen condensirt[1]) und scheint, indem sie auch die Farbe des Gegenstan-

---

1) Democritus verglich diesen Prozess dem Abbilden in Wachs; vgl. p. 11.

des annimmt, so durch die inneren feuchten Theile des Auges ein; denn nur diese feuchten, wässrigen Theile sind im Stande, das Bild einzulassen, die dickeren, fleischigen nicht; feuchte Augen haben daher auch vor trocknen viele Vorzüge für das Sehvermögen, d. h. Augen, in denen die äussere Haut dünn, wiewohl haltbar, die inneren Theile jedoch weich, pörös und von allem festen und fleischigen Stoffe, so wie von allen dicken und schwer flüssigen Feuchtigkeiten frei sind; auch tragen schön und regelmässig gebildete und grade laufende Adern, nicht wenig hiezu bei, indem dadurch dem Eindringen eines möglichst genauen Abbildes um so weniger in den Weg gelegt wird [1]). Verwandtes aber erkennt sich einem alten Naturgesetze nach immer am besten [2]).

Zusatz. Was von diesen, von allen Körpern und zu jeder Zeit ausströmenden Bildern im Obigen [3]) ausführlicher gesagt worden ist, möge hier in der Kürze nur in so weit wiederholt werden, als zur Vervollständigung des eben Angeführten nöthig ist. Die möglichst genaue Wahrnehmung nämlich der Körper durch das Auge hängt nicht bloss von der Trefflichkeit dieses allein ab, sondern ist wesentlich auch durch die Körper und die sie umgebende Luft bedingt. Da die bildlichen Ausflüsse nämlich nicht nur die äussere Gestalt und Farbe, sondern auch die innere Beschaffenheit (z. B. von lebenden Wesen), die Sinnes- und Empfindungsweise ihrer Urbilder überkommen, so sind die Bilder belebter Körper, besonders wenn diese von reizbarem und heftigem Temperamente sind, schärfer und ausdrucksvoller, und dies wieder in um so höherem Grade, je reiner und klarer die Luft ist; die Herbstluft zum Beispiel, die ungleich, rauh und kalt ist, verzerrt die Bilder und macht sie undeutlich.

§. 3. Auf ähnliche Weise wird das Gehör erklärt. Wenn die Luft in Bewegung geräth, und nach einem leeren Raume hingetrieben wird, verursacht sie eine wahrnehmbare Erschütterung. Nun dringt sie zwar auch in den ganzen Körper

---

1) vgl. p. 7. Anm. 1.

2) oder: je feiner das Auge im Inneren construirt ist, um so deutlicher muss das flüssige Abbild eines Körpers erscheinen. Denn mit Hülfe der Stellen des Aristot. de sensu 2. und der Plac. phil. IV, 19. (oben p. 10.), wo gesagt wird, dass nach Democritus das Sehen durch Wasser geschehe, weil das Auge aus Wasser bestehe, erkläre ich mir diese Stelle so, dass er die Luft als ein wässriges Medium betrachtete, welches in das Auge flösse, worauf auch die Ausdrücke ἀποῤῥοή und ἀποῤῥεῖν, so wie die Vorstellung von einer gewissen Condensation oder Verkörperung der Luft sich in der That zu beziehen scheinen. Dann konnte er freilich den Grundsatz: Gleiches gesellt sich zu gleichem, oder erkennt sich durch Gleiches, hier mit leichter Verständlichkeit anbringen.

3) p. 7. nach Plutarch. Quaest. symp. VIII, 10.

